



**Responsio Iacobi Schegkii Schorndorfensis, ad libellum
Anonymi interpretis libri sui de vna persona et duabus naturis
in Christo. : in qua responsione Maiestas etiam Christi
secundum humanitatem suo modo vbiq[ue], & in Eucharistia
quoq[ue], praesentis, perspicuè explicatur.**

<https://hdl.handle.net/1874/427032>

82

6

RESPONSIO
IACOBI SCHE-
GKII SCHORNDORF-
FENSIS, AD LIBELLVM

Anonymi interpretis libri sui de vna
persona & duabus naturis
in Christo.

IN QVA RESPONSIONE
ne *Maestas etiam Christi secundum hu-*
manitatem suo modo ubiq; & in Eu-
charistia quoq; presentis, per-
spicue explicatur.



T V B I N G Æ,
Apud viduam Vlrici Morhardi, Anno
M. D. LXVI.

RESPONDIO
IACOBI SCHE
GKI SCHORNDORF
RERIS AD LIBELLUM
Abbasque imperatoris libit fili de vna
- perna de duobus annis
in Christo

IN QVA RESPO
- ditur ad libellum
- in quo dicitur
- quod per nos
- non sit in
- christo

THEOPH
- 1541
- M. D. XLII

3

Summa, & præcipui articuli, huius libri.

PRIMA PROPOSITIO.

Omnipresencia humanitatis Christi (de qua loquimur) non est naturalis, aut localis, sed per accidens personalis: & hac ipsa presentem etiam dicimus esse Christum omnibus rebus, aut potius ei sic presentia esse omnia, ut presentiora ei nullo modo esse queant.

Secunda.

Hoc presentie modo Christus in veteri Testamento non presentis fuit Patribus, cum videlicet assumpta humanitate nondum venisset in carnem. Umbra etenim expiationis, præcessit corpus Christi. Corpus enim istius umbræ, est corpus Christi. Quid autem Col. 2. inter Umbra & Corpus intersit, nemo ignorat: & cum simul esse non possint in eodem loco, cum corpore lumen esse potest, cum umbra tamen plenitudo luminis non potest esse, quamvis aliquo modo participet lumine.

Tertia.

Presentia porrò humanitatis Christi qua per anastrophe dicitur præsto adesse omnibus, qua nimirum filius Dei est ingressus in hunc mundum, non definitur natura cuiusdam essentia, seu loco, & quantitate corporis, sed personali quadam unione verbi omni-

A 2 presentis

præsens per se, quatenus scilicet conscia sit humana natura omnium diuinorum operum, & quoad conformi ipsius voluntate omnia fiant, quibus administrare etiam omnia sit dicendus respectu humanitatis suæ, & qua ratione non possit humanitate etiam sua præsentior esse rebus omnibus, quum verè præsens aliquid non propter locum, sed propter energiam dicatur. Quis enim præsens lumine oculo cæci esse dixerit: quantumuis superficiem eius oculi attingat? Ac præsentissimum tamen est lumen oculo quando potens etiam oculi reducit ad actum visionis.

Quarta.

Præsentia porrò hæc per accidens personalis humanitatis Christi fundamentum quodammodo est præsentia corporis & sanguinis sacramentalis, qua Christus sua humanitate præsentissimus (eo quo dictum est modo) suum corpus, & suum sanguinem, ratione sacramentalis energie, sumentibus exhibet. Sacramentum enim est inuisibilis gratiæ visibilis forma. Proinde personaliter Christus præsens seipsum causa suæ humanitatis (qua summam obedientiam Deo patri præstitit) præbet in sacramento *in xpo*, id est, corpus & sanguinem suæ humanitatis, quibus tanquam instrumentis perfectæ obedientiæ expiavit iram Dei, gratiam nobis & remissionem peccatorum impetrans, intercessoris quoque officio fungens.

Quinta.

Præsentia porrò hæc sacramentalis, corporis & sanguinis Christi, absoluta ratione corporis aut sanguinis non definitur, neque etiam hac ratione sola meriti, qua profuit humanitas Christi veteris sacrificiorum veteris testamenti representata Patribus ante Christum natum. Ergò quatenus naturalis, aut quatenus
glorio-

gloriosa, seu localis caro, non prodest quicquam (non est autem alia ratio carnis absoluta, præter has duas) sed qua caro est, aut sanguis Dei, id est, saluifica caro filij Dei: prodest sumen- tibus: quam etiam non absoluta ratione, sed energia, & ad nos quadam relatione definimus. Non enim absolutè definitur cor- pus aut sanguis Christi, ut nec totus Christus, quem Prophetæ & Apostoli subinde propter energiam & relationem hanc appellant, Iustitiam nostram.

Sexta.

Energia autem hæc Sacramentalis, qua definimus Essentiam corporis & sanguinis Christi, talis est, ut sine subiecto, à quo proficiscitur, & sine subiecto etiam à quo recipiatur, esse nequeat, id est, sine persona Christi exhibente eam, & sumente etiam eam cum pane in sacramento, quandoquidem omnis energia à quodam in quiddam proficiscitur: à quo autem proficiscitur energia hæc Sacramentalis, est humanitas Christi, qua ratione, qua cum filio personaliter unita est, tam intra omnia est, quam extra, ut ea præsentius nihil esse possit.

Septima.

Modus ergo saluificæ energie ante Christum in carne, non fu- it idem: quamuis effectus idem fuerit, propterea quòd subiectum illud, & instrumentalis causa, à quibus proficiscitur energia ta- lis, non fuerunt tunc temporis, nempe per se effectrix causa, qua est Christus in carne. Nec ad idemnitatem (ut sic loquar) effectus, sequitur ratio, etiam causarum, ut ignis, & sol, incen- dium creare possunt. Umbra autem debet corpori, quod est: cor- pore autem nõ significatur aliquid verius, sed ipsum verissimum, & præsentissimum, nulla significatione futuri cuiusdam, esse iu- dicatur.

8
Octaua.

Ex quo sequitur, ut sacramentalem hanc praesentiam, Fides non efficiat, proferens scilicet sese ad localiter absentem humanitatem Christi, quum res sacramenti verè & essentialiter praesens adsit ex voluntate instituentis, personaliter scilicet praesente Christo hanc sacramento tribuente rem significatam.

Nona.

Sequitur etiam, ut sic definitum corpus & sanguinem sacramentalem cum pane & vino exhibita, nō tantum sumant pii, sed etiam impij. Per se accipiant pii, per accidens impij sumant. Quia per se salusifica est caro Christi respectu piorum. At impijs causa est iudicij & reprobationis, non per se, sed propter ipsorum impietatem. Ut cibus salubris per se respectu sani hominis dicitur, per accidens insalubris, respectu hominis aegroti.

Decima.

Postremò Vnionis huius sacramentalis modus nequit à nobis scientia quadam comprehendendi, sed comprehenditur Fide duntaxat. Verbis enim Domini fidem habere debemus: Verbo Domini baculus ex durissimis petris potuit elicere aquas: Verbo Domini lignum iniectum ex amaris, dulces fecit aquas. Quò minus ille posset cum pane, & vino, verum ipsius corpus, & verus sanguis in sacramento exhiberi eo modo, quo iam dictum?

Vericus



Eritus est Simon Simonius Ge
 neuensis Philosophus, ne petitis
 ex Phylosophia & Physica, ne
 scio quibus argutijs, fucum face
 rem ego nonnullis religiosi, &
 pijs viris, tanquam Sophismas
 tibus quibusdam circumuentis
 fallacium rationum, & ex quibus haud possint sese
 expedire: vt quibus persuasissimum sit, Christum
 Dominum in coelestia euectum, sic reliquisse terras,
 sedentem ad dextram Dei patris, vt eorum que infra
 sunt, penitus reliquisse inspectionem, & eorundem
 omnem procuracionem, ratione humane cōscientiæ,
 à se remouisse videatur. Non aut verisimile censent
 quidam esse, vt qui tam longo interuallo absit à nobis
 sua humanitate, vt idē nihilominus presens nobis sit,
 nostrarū conscius rerum, humanitate scilicet secura,
 diuinitate interim omnia administrante, & gubernā
 te, qua ferè sola totū Christum nobis definire vident
 tur, quū nihilominus hoc carni ipsius debeat, quod
 & nobiscum, & noster Deus, Dei filius esse dicatur.
 Quid scripserim de vnione personali Christi, eruditi
 intelligunt, propter quam causam scripserim, & præ
 fatione mea testatus sum. Et nihil certè minus hæc
 scribendo cogitauī, quàm vt falsum dogma præsti
 gijs quibusdam argumentorū Philosophicorum tege
 rem, quum sacrilegium sit, implum errorem defen
 dere, qui veris rationibus cum non possit propugna
 ri, Sophistam esse oportet, nō Philosophum, qui eius
 patrociniū suscepit. Itaq; non rectè aut prudens
 ter Simonius, & consilio atque proposito meo incog
 gnito; & fortassis libello non diligenter perlecto os
 peram

Responso antoris
 ad criminationes
 Simonij.

peram hanc meam nescio quo præiudicio damnauit,
 præsertim cum non tam meam, quam Patrū & Sco-
 lasticorum sententiam, hoc libello exposuerim, in
 quorum scriptis accuratius & subtilius ista disputata
 continentur: splendore & ornatu verborum certe
 nullo adhibito, quem ornatū sanè veritas nō magno-
 perè desiderat, cum suo ipsa robore, suis neruis, suis
 viribus nitatur veritas. Non igitur defendi rem vl-
 lam absurdam, aut à veritate alienam, sed quid sen-
 tirem ego, quid sentirent illi nostri, qui accusantur
 nescio de qua Vbiquitate, simpliciter & aperte pro-
 ponere, & quædam etiam planius explicare volui:
 quo scilicet non cupidis rixandi, & amantibus pacis
 atq; veri ingenijs viam ad concordiam præstruerem:
 nullo partium studio, aut obsequio implicitus: non
 ita disputans, vt *si quis quidam* solent disputare: non ita
 defendens mea, vt alios veriora differentes non aus-
 diam: & discere & docere iuxta paratus, cum nemi-
 ni scilicet meis scriptis præscribā, nec derogando al-
 lijs, mihi arrogem aliquid insolentius. Tanquam igitur
 palma veritatis in medio posita: non prius dam-
 nare, quam refellere argumentis scriptum meum de-
 buisset Simonius: qui quum epistolæ suæ sublecerit
 libellum cuiusdam Anonymi autoris, ad illum me
 cōferam, tanquam *εξαγορευ* interpretem mei scripti, qui
 meam sententiam non est satis assecutus. Quare me
 planius, quid sentiam, explanare volo, & magis per-
 spicue, quò minus de nostra sententiâ posthac dubi-
 tari possit, non tantum ab ipso, sed etiam à quibusuis
 alijs scriptum hoc nostrū legentibus. Fatebor itaq;
 etiam nunc ingenuè & aperte quid sentiam, nulla, vt
 ille in

Ille in Terentio inquit, circutione verborum vsus proferam. Ac primum dico: Christi naturam humanam vno quodam in loco, & super coelesti esse, ac nullo modo posse fieri, vt vel vbiq; sit absolutè & per se, vel pluribus in locis, quemadmodum eius diuinitas est vbiq; essentialiter scilicet & per se personaliter. Deinde, quoad Christus ratione naturæ humanæ collocatus ad dextram omnipotentis patris dicitur, eo significari dicimus, non localem quendam situm, sed consortium quoddam humanitatis Christi, cum natura diuina ipsius, quo consortio nimirum dextra Dei (quæ est ipse filius, gubernationi vniuersorum non præsit (qua semper præest & præfuit) absq; humanitate assumpta, propter personalem vniõnem, qua vnione habere dicitur diuinam omnipotentiam filius hominis, non quòd ipsa natura humana, sit ipsa per se omnipotens, aut quòd omnipotentia sit in ipsa qualitas, aut ~~essentia~~ quoddam (non enim confundimus proprietates naturarum) sed quòd habeat omnipotentiam, quemadmodum corpus habet animam, (tametsi hæc non sit perfecta similitudo) & hanc habitationem, vocabulo ~~ἐνοσίχθων~~ in nostro libello expressimus. Vt ergo corpus anima sua quam habet, omnia intelligit, sic filius hominis, sua diuinitate quam habet, omnipotens est. Cæterum aliquid habens, seu aliquid habendo summè beatū existens, non sic ipsum habet, vt non sit consciū eius quod habet. Summa enim potestas, non potest dari habenti eam, sine conscientia habentis, alioqui enim in Christi humanitate, diuinitas non secus inesset, atq; in quouis Sanctorum, beati enim, nisi fruantur diuinitate, esse non possunt.

I.

Confessio authoris
plana de humanitate
re Christi vbiq;
presente.

II.

Sessio ad dexteram
Dei, quid significet.

B

Quomodo humani-
tas Christi diuinita-
tem habeat.

Majestas Christi se-
cundum humanita-
tem.

Matth. 28.

III.

possunt. Pertinet illud etiam ad vitam, & perfectionem habentis, vt ipsum suæ perfectionis sibi sit conscius, in qua conscientia est *in se ipsa*. Sine conscientia enim nihil nec beatum, nec miserum est, quæ propria est mētis, & perfectissima *in se ipsa*. Prius diximus: quod aliquo modo, non perfecta similitudine, quem admodū habeat corpus animam, sic humanitas Christi habeat suam diuinitatem, quum corpus non sit conscius eius quod habet, humanitas Christi autem sit conscia. Aliæ sunt multò absurdiores comparationes, vt quibus vti solet Anonymus, quum dicit: eo modo omnipotentem esse humanitatem, quo modo pes sit intelligens, quia scilicet pes sit pars intelligentis. Propior illa comparatio, qua dicimus, animam habendo scientias & virtutes, perfectam esse, quando ipsa nimirum sibi sit conscia eorum quæ habet. Intra se enim vertitur summa perfectio, & perfectus intellectus, ipse seipsum intelligendo, perficitur. Vt ergo Christus Dominus sua diuinitate, quam causa humanitatis habere dicitur, omnipotenter omnia gubernat, ita propter vñionem personalem, conscia mente, & conformi voluntate humanitatis, diuinitas ipsius cū humanitate omnia administrat. Quò pertinet illud, quod dixit in Euangelio Christus: *Data est mihi omnis potestas in celo & in terra.* Quo modo autem ratione humanitatis sit præsens omnibus conscientia diuinitatis suæ, nullaq; locorum in tercapedine, nulla temporum distinctione, loca & tempora, & res vtriusq; his determinatas diuinitus apprehendat, & noscat, in libello nostro est dictum. Tertio, sic omnipotentē Christum, dicimus ratione diuinitatis

diuinitatis suæ ubiq̃ esse essentialiter, naturaliter,
 personaliter: ratione verò humanitatis, naturaliter
 seu essentialiter duntaxat in cœlis esse. Per se perso-
 naliter humanitatem nusquam esse, quia per se non
 sit persona, sed causa diuinitatis personatum quida-
 dam, per accidens autem personaliter ubiq̃ esse, quia
 ubicunq̃ sit filius Dei, ibi persona etiam sit Christi,
 & ubicunq̃ persona sit Christi, illie etiam sit huma-
 nitas Christi, non localiter quidem, sed personaliter,
 qua nimirum ratione, non per se sit persona quæ-
 dam humanitas ipsa, sed personale, seu quiddam alio-
 cubi existens, à persona filij Dei ubiq̃ existente pers-
 onatum seu sustentificatum. Alioqui nisi sic sentias-
 mus & loquamur, diuidemus Christū vt in duas nas-
 turas, sic etiam in duas personas, de quibus omni-
 bus scriptum in libello nostro copiose, vt hoc loco
 non repetenda videantur. Summam & quasi scopum
 totius scripti, his tribus capitibus sumus complexi:
 sed quædam cum sint in hoc libello Anonymi auto-
 ris, quæ omnino meo sensui repugnant, me ipsum
 planius exponam, quum, vt vulgò dicitur, suorum
 verborum optimus interpres quisq̃ censeretur debet.
 Meam igitur sententiam explicando, cum ijs, qui
 veritatem amant ex animo, sic agam, vt nihil scripsis-
 se, nihil cogitasse, nisi studio veritatis, & pacis addu-
 ctus, nulliusq̃ respectu vel conciliandi fauoris, vel
 fugiendi odij, tractanda hæc suscepisse videar: sed
 quod intelligam præcipuum hunc esse diuini numis-
 nis cultum, ipsam per se veritatem indagare, dilige-
 re, colere, ignotam declarare alijs, dissensiones quan-
 tum in ipso sit, tollere. Nolo igitur partis alicuius,

Alio modo Christus
 secundum diuinita-
 tem, & alio modo
 secundum humani-
 tatem vbiq̃e pas-
 sens.

Autor studiosus ver-
 itatis & pacis.

vel odioso vel gratioso nomine sententiam & disputationem meam grauari, simpliciter & candidè scribens, quicquid scribo: gratiam quoque habiturus his, si qui mihi autores erunt, ut rectius sentiam, quoniam am ut veritas agitando splendescit, sic nimium altercando amittitur: quàm autem pestiferæ sint dissensiones Ecclesijs, omnes nouimus.

Responsio ad regiam
Iam c. Stradiotomis.

Verum est quod Anonymus scribit, & quod fatemur omnes, contradicentia non posse simul esse vera. Nam si sint, nihil erit verum, ita quod non simul etiam sit falsum, omnia scilicet erunt vera, secundum Protagoram, & omnia falsa, secundum Heraclitum, imò omnia erunt neque vera, neque falsa, id est, omninò nihil erunt. Nullo igitur modo fieri potest, ut corpus vnum numero, qua ratione est in vno loco, eadem sit etiam non vno in loco, sed in pluribus, aut omnibus, aut prorsus in nullo, hæc enim omnia negatione vnius loci possunt intelligi. Paulo antè diximus, corpus Christi per se vno in loco esse naturaliter, ergo eodem modo & conditione, id est, per se in pluribus locis non erit. Itaque si in multis erit, non per se erit, sed alio modo erit, nempe per accidens, aut potentia, si actu in pluribus esse nequit. Quicquid enim est, aut per se est, aut per accidens: aut actu, aut potentia. Qui mouetur curru aut nauigio, per se non mouetur, si ergo nihilominus dicatur moueri, per accidens mouebitur. Nihil per se mouetur, & per se quiescit eodem tempore, nihil etiam per accidens mouetur, & per se quiescit eodem tempore, nihil etiam per accidens mouetur, & per accidens etiam quiescit simul, contradicentia enim non possunt.

possunt simul esse vera. Per se humanitas Christi est in cœlo: quod si sit etiam ubiq; , per accidens erit, propter unionem scilicet personalem, quam habet cum Verbo. Modum paulo antè exposuimus: hunc modum alij alijs exprimunt verbis, ut maiestatis, sessionis ad dextram Dei, exaltationis supra omnia ut impleret omnia, qui cum hoc nostro coincidunt. Alius est modus, quo corpus & sanguis humanitatis Christi dicuntur esse in Sacramento: alius enim est hic modus præsentia, quàm qua ubiq; humanitas ipsius per accidens personaliter esse dicitur. Præsentia absolutæ corporis Christi pluribus in locis simul, modos quosdam fingunt Scholastici, quorum rationes non minus implicant contradicentia, quàm conclusio, seu propositum ipsum. Etenim idem numero dicunt ipsum esse in cœlo, & in Sacramento, sed qua quantitate in cœlo corpus Christi habeat partes extra partes, eadem ipsum non habere partes extra partes in Sacramento, sed omnes esse intra omnes, instar partium & potentiarum Animæ. Verùm in hoc modo præsentationis propter *incompossibile* contradictio multiplex, ex ipso modo deprehenditur. Idem enim numero existens corpus, quò quæso eodem tempore partes habebit extra partes, & simul etiam partium expers erit? Non tam facile hæc defendere possumus, quàm fingere. Nam tam absurdum illud est, quàm hoc, quum dicitur: idem numero corpus per se vno in loco esse, & per se in multis locis esse, id est, quod vno in loco sit per se, id simul etiam non vno in loco esse per se. Præterea corpus ne potest esse vllum, sine partibus corporeis, quibus omninò

Refutatio opinionis
Scholasticorum.

ratione essentia suæ, differt corpus omne ab incorporeo? Deinde quæ potest absolute & simpliciter, seu per se corpus in vno loco esse, & rursus per se & absolute siue localiter simul in pluribus? Num quod dicunt, modo differre, quia videlicet qua quantitate partes habeat extra partes, in cœlo consistens, eadem ipsum non habere partes extra partes, quoad sit in Sacramento, censent? Vt autem nil facit exemplum, quod litem lite resoluit, vt Horatius alicubi inquit, ita nil facit modus impossibilis, qui proposito impossibili accommodatur. Et vt maximè concedamus, illo modo corpus Christi esse in cœlo, & alio modo ipsum esse in Sacramento, quum tamen alter modus sit impossibilis, & sic non vno modo ipsum esse in vno & pluribus locis fateamur, quæro, vtrum eodem modo se habens sacramentaliter corpus Christi, simul in pluribus speciebus panis diuersis locis contineri queat? simul vnum numero, & multa numero existens? & eodem modo se habente corpore illo sacramentali. Confugiunt ad omnipotentiam Dei, quæ nimirum possit efficere omnia, quæ non implicent contradictionem. At non implicare contradictionem dicunt: idem numero si dicatur corpus absolute simul esse vno in loco & pluribus. Fingunt autem ad probandum illud hypothesas, quas nemo sanæ mentis ipsis cõcesserit, quibus reliqua superstruunt. Fingunt corpus esse posse sine quantitate, fingunt quantitatem ipsam per se posse subsistere, vt in nullo sit subiecto, vt reliqua etiam accidentia absoluta, quas appellant species panis & vini, quæ seipsis subsistant, & non accendant cuidam substantiæ, sed propter separationem

rationem seipfis subsistentes, accidentia nō acciden-
 tia, sed substantias statuentes. Quid deniq; fingere
 non licet, si substantiæ corporeæ, fiant quiddam in-
 corporeum, seu propria acquirant incorporeorū, &
 accidentia fiant substantiæ, & acquirant propria sub-
 stantiarum. At propriū est substantiarum, esse $\chi\omega\rho\iota\sigma\iota\varsigma$,
 quare impossibile est, vt accidentia sint reuera $\chi\omega\rho\iota\sigma\iota\varsigma$.
 Dico & loquor de actu absoluto ipsorum, non notio-
 nis, quo separantur. Nam dicere, accidentia esse $\chi\omega\rho\iota\sigma\iota\varsigma$
 per se, falsum & impossibile est, vt impossibile est
 dicere: accidens esse substantiam, id est, accidens nō
 esse accidens. Impossibile autem eo, quia implicat
 contradictionem. Sed per accidens separabilia exis-
 timare, id est, propter intellectum separantem, vel
 abstrahentem, verum est, si dicantur $\chi\omega\rho\iota\sigma\iota\varsigma$ accidentia,
 ἢ $\chi\omega\rho\iota\sigma\iota\varsigma$ (inquit Aristoteles) τὰ $\chi\omega\rho\iota\sigma\iota\varsigma$. Verum
 ista fingere eos oportuit propter figmentū $\mu\epsilon\tau\epsilon\mu\alpha\tau\eta\sigma\iota\varsigma$,
 quorum omnium si $\alpha\delta\lambda\omicron\upsilon\alpha$ explicare velim, dies me-
 citius, quàm oratio deficeret. Hæc quasi $\pi\epsilon\rho\iota\sigma\tau\omega\varsigma$ attis-
 gimus, ad nostra me iterum conferam: Vt ergo acci-
 dentia sunt $\chi\omega\rho\iota\sigma\iota\varsigma$, & non $\chi\omega\rho\iota\sigma\iota\varsigma$, propter diuersitatem
 modi, per se scilicet, & per accidens, & $\delta\chi\omega\rho\iota\sigma\iota\varsigma$, & item
 $\chi\omega\rho\iota\sigma\iota\varsigma$, sic humanitatis ratione, omnipræsentem Chris-
 tum, & non omnipræsentem dicimus, sed diuersis
 modis vtriusq; possibilibus imò necessarijs. Quod autē
 Anonymus me reprehendit, quum dico, eam vbiq;
 esse per accidens personaliter præsentem, quod ni-
 mirum inusitata hæc sit phrasis, quæ tamen inusitata
 non sit, quum phrasi hac etiam Patres & Scholastici
 vtantur, non possum quin planius id quod sentio ex-
 plicem. Non satis est certè assecutus causam, propter
 quam

Fol. 6.

Cur in descriptione
 maiestatis Christi,
 hæc duo vocabula,
 (per accidens, per-
 sonaliter) necessarijs
 coniungantur?

quam maluerim per accidens personaliter dicere, quam per accidens duntaxat, aut personaliter duntaxat præsentem esse humanitatem. Quia Christo omnia adscribimus, vel ratione personæ, vel ratione naturarum, etiam præsentia modos (vt reliqua) differentijs illis volumus distinguere. Nam cum omnipræsens sit Christus diuinæ naturæ respectu, naturaliter, & personaliter, & respectu humanitatis neutro modo per se sit omnipræsens, quo humanitatis Christi omnipræsentia discrimen conspicuum esset, à reliquorum Sanctorum omnipræsentia negatione, diximus humanitatem Christi per accidens personaliter omnipræsentem posse dici, & esse. Deinde etiam propter hanc causam, ne humanitas Christi scilicet, ipsa per se quædam persona (exclusa ab hac distincta iam specie omnipræsentia) existimaretur esse. Alioqui si sit omnino expers modi istius à me propositi omnipræsentia, aut simpliciter per accidens tantum omnipræsentem, aut simpliciter duntaxat personaliter præsentem, & non compositè præsentem per accidens personaliter, confiteri cogeremur. Ne igitur arbitretur Anonymus noster interpret, me quasi emplastrum quoddam voluisse adhibere ^{ἐπιπέλασμα} nescio cui vlceri, ad hunc vocabuli insuetum vsu confugientem, cum sic propriè maluerim, quàm eleganter seu populariter, & ^{ἁπλοῶς} loqui. Dixi de vocabulo, nunc de re dicam ipsa. Dei filius semper omnipræsens, & fuit & erit, sed alio modo præsens esse cœpit assumpta carne, propter quam non simpliciter, sed noster, & nobiscum Deus, id est, **I M M A S** **NVEL** dictus est, propter carnem enim dicitur ad nos

De præsentia carnis
Christi.

nos venisse, ad nos descendisse filius Dei. Non enim
 abest omni modo à nobis caro, propter quam præsen-
 tissimus est Dei filius nobis, noster factus. At loci
 præsentia carnis non prodest quicquam, quæ natura-
 lis est præsentia carnis & humanitatis Christi. Quæ-
 re personalis carnis seu humanitatis præsentia pro-
 derit (aut nulla ipsius erit utilitas) qua nimirum per &
 propter humanitatē suā, persona Christi, nos Deo res-
 cōciliavit, nempe filius Dei, assumpta carne: Christus
 scilicet ex Maria virgine genitus, per quā *ἡσπάρικος*
 ac spiritu utiq; seu spiritali energia præsentem nos
 bis carnem. filius Dei ad nos descendit, & nos vicis-
 sim per eandem spiritu sanctificatam carnē *ἡσπάρικος*,
 ad ipsum ascendimus. Non enim aliter voluit esse
 DEVS, NOSTER DEVS, nisi per carnem suam &
 nostram, & quam à nobis assumpsit, & pro nobis im-
 plendo legem Dei, impendit, ut nos suos vernaculos
 faceret, redemptos à potestate Sathanæ, propter
 carnem & cōcupiscentiam nostram carnis perditos,
 propter carnem autem & obedientiam Christi car-
 nis, restitutos in integrum. Ut ergo per carnem nos-
 tram, seu potius per spiritum & affectum carnis ad-
 hærentem illecebris peccati, mortem concepit anti-
 ma nostra: ita per carnem filij Dei & per eius obe-
 dientiam, vitam amissam denuo recuperavit. Carni
 igitur Christi debemus, quod Deum nobis præsen-
 tem & propitium habemus, cuius præsentia non los-
 co, sed merito, non naturali seu locali præsentia, sed
 personali, & efficacia carnis in unitatem personæ as-
 sumptæ est æstimanda, & qua præsens etiam erit sug-
 Ecclesiæ usq; ad consumationem seculi. Totus itaq;

C. Christus

Quæ præsentia car-
 nis Christi prode.

Totus Christus ubi
que præsens.

Christus ubique est inspector & iudex omnium, id est,
 ,, personali, non locali vnione ubique cum ipsius diuini-
 ,, tate coniuncta humanitate, & propiore quidem no-
 ,, bis ^{in q̄. n̄. d̄. s.} humanitate, quum diuinitas per humani-
 ,, tatem in nobis sit efficax, ratione cuius humanitatis
 sedere ad dextram omnipotentis dicitur etiam Chris-
 stus. Et hæc quamuis abunde satis in libello nostro
 sint exposita, tamen etiam hoc loco eadem repetere
 placuit, vt intelligamus scilicet, quanta sit vis & dig-
 nitas assumptæ carnis à filio Dei in vnionem perso-
 nalem: vt sine qua, recreationem & restitutionem
 in integrum lapsi peccato, & malignitate Sathana
 perditum mundi, Deus noluerit facere. Nō igitur recte
 repræhendit Anonymus, valde improprie dici à no-
 bis, quod humanitas Christi sit ubique personaliter,
 eo quod persona, natura hæc nunquam fuerit, quod
 ipsum & nos etiam fatemur, ideo non per se, sed per
 accidens personalem præsentiam ei tribuimus natu-
 ræ, de quo supra dictum est. Causam & modum nunc
 exposuimus. Nā nisi per accidens & personaliter no-
 biscum, & ubique etiam sit humanitas Christi, nullo
 modo utique nobiscum erit, id est, omnino nobiscum
 non erit humanitas (nam quicquid est, aut per se est,
 aut per accidens) quare Christus totus nobiscum nō
 erit, personaliter ergo diuisus erit, quod Nestoriae
 num est statuere. Aut si adsit ubique humanitas, sim-
 pliciter tamen per accidens, nullum discrimen erit
 inter humanitatem Petri, Heliæ, & Christi. Nam &
 in Heliæ Deus fuit, & efficax etiam fuit. Attamen
 per accidens Heliæ omnipræsensem non dicimus,
 quia videlicet in ipso fuerit omnipræsens Deus, per
 inde

Cur necessario hu-
manitas Christi per
accidens personali-
ter ubique sit.

inde enim hoc absurde diceretur, atque cum Anonymus subinde dicit, pedem per accidens intelligere, quia homo, cuius pars integralis sit pes, intelligat, aut oculus audire, quia sit in aliquo quod audiat. Quid enim est, quod hoc modo alteri non possit idem dici per accidens? quod accidens alioqui suapte natura est indefinitum & fallax, quoniam, ut inquit Aristoteles, *καίτις γὰρ ἕως ἴσως τὰ αὐτὰ* De his quæ hoc modo, quod vult Anonymus, per accidens dicuntur esse, non quæritur in disciplinis, sed his duntaxat captiose ad decipiendum vtuntur Sophistæ. At cum Christus totus personaliter sit ubique, non sine causa quæritur, qua ratione diuinitas ipsius sit ubique, & qua ipsius humanitas. Vt, verbigratia, cum res naturalis per se generetur & corrumpatur, non inepte quæritur, an materia quoque ipsius, an forma per se generentur aut corrumpantur, an secundum accidens, & quomodo secundum accidens. Et cum animal doleat, & voluptate afficiatur per se, quæritur an anima quoque, aut corpus ipsum per se voluptate & dolore afficiantur, an verò per accidens, quia videlicet anima sit causa doloris & voluptatis in animali? Et huiusmodi quidem accidentis, seu quod per accidens esse dicitur, definita quædam & certa est ratio, quatenus nimirum id, cui per accidens adscribitur aliquid, est vel pars vel accidens illius, cui per se inesse dicitur, aut de quo per se prædicatur, differunt autem, vt QVO & QVOD, Contra quæ accidentis discretionem distinguitur ratio, qua per se quippiam esse dicitur, nam vel per se est QVOD, vel per se est QVO. Ex quo intelligitur, quàm sint aliena hæc, & dissimilia potius quàm similia, quibus modos illos præsentis refellere conatur Anonymus.

Refutatio similitudinis Anonymi de pede intelligente.

Fol. 48.

Relatio obiectio-
nis Anonymi de
corpore Christi in
sepulchro.

Quærit idem de corpore Christi recondito in sepulchro, num personaliter per accidens fuerit ubiq; Quid personalis unio diuinitatis conferat humanitati, supra & aliàs etiam est dictum. Differunt autem omnino corpus & humanitas, quum corpus altera pars sit humanitatis, vt anima, pars est altera. Proinde in unioem personalem assumpsit filius Dei totam hominis naturã, cuius pars potior est anima. Immediata est diuinitatis filij cum anima unio personalis, & hac mediante vnitur corpori. Itaq; ratione animæ personalem unioem non desisse statuimus, ratione cuius, nihilominus personaliter totus cum latrone fuit in Paradiso, & ubiq; totus personaliter. Per animam verò corpus etiam in unioem personalem concedit, non autem ipsum per se corpus personaliter dicitur assumptum.

Quomodo Christus
etiam secundum
humanitatem affu-
erit Lazaro
moribundo.

Non tamen caret reprehensione, quod idem fol. 40. scribit ad hunc modum. Sic enim possumus dicere Christum eidem Lazaro, eodem illo tempore, non affuisse personaliter (quia absuit humanitate) quamuis diuinitate sua reuera adfuit. At nos dicimus, Christum ratione diuinitatis, & etiam qua est totum quoddam personale Lazaro moribundo, non modo ratione diuinitatis naturaliter, sed etiam personaliter affuisse, nec absuisse humanitatem etiam, non localiter seu naturaliter quidem, sed per accidens personaliter, totumq; adeo Christum personaliter affuisse. Etenim ratione diuinitatis, Christus ubiq; personæ filij Dei appellationem habet, & præterea Christi etiam, quia ubiq; sit, illic non localiter quidem, sed ratione uniois personalis præsentem.

tem habet humanitatem persona filij Dei. Si ergo di-
 uinitate sua reuera affuit Lazaro, quomodo quæso
 naturaliter tantum adfuit Christus & non etiam per-
 sonaliter? cum non natura diuina, sed persona diuina
 assumpserit humanitatem, quæ humanitas natura
 tantum est, & non etiam persona: vt hoc nomine
 præsentia humanitatis localis, non etiam personalis
 præsentia Christi mereatur dici, vtpote quæ huma-
 nitas, non sit ipsa per se persona quædam, sed duntaxat
 natura, propter personam autem filij Dei ipsam
 assumentem, personatum, seu personale quiddam des-
 beat appellari. Ergo Christus, ratione qua est filius
 Dei, persona esse dicitur, nec ibi duntaxat, vbi ratio-
 ne humanitatis localiter est, personaliter duntaxat
 præsens dicitur, sed vbiq; præsens personaliter, non
 magis in cælo, quàm vbiq; vnitam sibi personaliter
 habens naturam humanam (quoad videlicet est *ἀνάστασις*
 quædam ipsius diuinitatis *ἐν αὐτῷ*) quamuis natura hu-
 mana localiter duntaxat sit in cælo, ac naturaliter
 quidem alicubi, per se personaliter nusquam, per acci-
 dens personaliter illic vbi Christus, Christus autē
 vbiq;. Quamuis autem Christus vnum sit *τὸ δὲ π.* id est,
 vna persona, nihilominus secundū alterutram ipsius
 naturam, *ἐστὶν καὶ τὸ π. ἀπὸ* omnia huius personæ definimus.
 Etenim humanitas seipsa neq; omnipotens est, neq; Quo modo huma-
 ritas Christi sit omni-
 potens.
 omnipræsens (quoad natura duntaxat est, & nō per-
 sonatum seu sustentificatum quiddam) sed per acci-
 dens seu *τὸ ἐκ τῆς* propter quam diuinitatis *ἐστὶν* personæ
 tur, & humanitas etiam conscia est omnium diuino-
 rum, & conformi voluntate ad actus omnipotentia
 suæ concurrat. Neq; enim humanitas Christi respec-

Etu diuinorum operum principalis est causa (nam di-
 uinitas nullo indiget adminiculo) sed est causa vo-
 luntaria, non necessaria sine qua non, quia Deo sic
 visum, vt per filium incarnatū, & sedentem ad dex-
 tram suam restitutionem faceret omnium. De his co-
 piose diximus in libello nostro, vbi ostendimus etiā
 discrimen vnionis personalis, & eius, quæ soli crea-
 turæ, & eius quæ Christo adscribitur peculiariter.
 Etenim in persona creata, vtræq; pars constituens,
 naturæ, & non personæ sortitur appellationem. Sed
 in persona Christi non principaliter, & primò, com-
 positum dicitur persona, cum persona scilicet diuina
 nempe filius Dei, non personam, sed assumpsit na-
 turam humanam, personando ipsam, compositioq;
 adeo ex ipsis, non vnum essentiale constituitur, sed
 quasi per accidens vnum τὸ σύνολον. Omnium causas &
 rationes in libello exposuimus. In persona proinde
 Christi, quæ propria sunt naturarum, transcribuntur
 toti personæ, ratione prædicationis, quamuis in-
 sint naturis per se, & non per se toti. In persona autē
 creata, propria per se toti insunt, & prædicantur et-
 iam per se de toto, & partium quoq; propria, id est,
 naturarum, prædicantur τὰ μέρη nonnunquam etiam
 de toto, & totius propria de partibus, nempe quæ
 per se prædicantur de toto, per accidens de parte,
 quæ per se de parte, vicissim de toto per accidens
 prædicantur: vt corrumperet per se prædicatur de re
 naturali, sed per accidens prædicatur de forma. Et de
 anima nostra dicitur per se, quòd sit immortalis, per
 accidens autem id ipsum dicitur de homine. Diffe-
 runt etiā τὸ πᾶν, καὶ τὰ μέρη, nec si quid aliquo modo præ-
 dicatur

Ἀπὸ τῶν λόγων

prædicatorum, qua
 idem aliquid vni
 per se inest, aut præ-
 dicatur, & alteri per
 accidens, usurpatur
 respectu partis &
 totius, non partis
 vnius, respectu alte-
 rius partis. Nam
 tales sunt τὰ μέρη
 καὶ τὰ μέρη
 prædicationum.

dicatur de quodam, idcirco prædicabitur etiam *ἀλλὰ*,
aut si per accidens, etiam per se prædicabitur de eo-
dem. Prædicandi autem per accidens modi quidam
sunt *ἁλογοί* & Sophistici, vt cum dico pedem intellige-
re, eò quòd homo intelligat. Alij sunt logici & non
absurdi, vt cum dico, animal esse intelligens, quia ho-
mo intelligat. Et Christi humanitatem per accidens
personaliter vbiq; esse dicimus, quia totus Christus
per se personaliter sit vbiq;. At *πᾶσι* partium, partibus
non sic transcribimus. Nam mortalem animam
nostram nemo dicit, quia corpus sit mortale, nec im-
mortale corpus, quia anima sit immortalis, tam enim
illud absurde dicitur, quam si diceretur oculus per
accidens audit, & auris per accidens videt, quamuis
ambo sint vnum, quia partes vnius cuiusdam. *Ἐραμὰς*
enim hoc modo prædicata sunt falsa, nec *ἀλλοίωσις*, per
accidens inesse aut prædicari admittunt, neutrum enim
de neutro *λογικῶς*, neq; etiam *ἔ. πῶς*, neq; *δ. ἀπλῶς* idem præ-
dicatur. Sic nemo dicit, diuinitatem esse passam, &
humanitatem fuisse impatibilem per accidens: sed
Deum, id est, Christum dicimus esse passum propter
accidens passionis, quod per se inest naturæ huma-
næ, per accidens Christo seu Deo, quamuis per se
prædicetur de Christo, non de natura humana. Cau-
sam exposuimus in libello nostro. Non igitur con-
sentaneè loquitur seu scribit Anonymus, perinde
humanitatem personaliter omnipræsentem posse dis-
ci, atq; si dicatur: Diuinitas passa est personaliter, aut
mortua, cum pati nec insit, nec prædicetur de diuini-
tate per accidens *λογικῶς*. Deus quidem Christus per se
habuit aliquid, quo pateretur aut moreretur, sed di-
uinitas

Modi prædicandi
per accidens dupli-
ces.

Ἀλλοίωσις Tophista-
ca refutatur.

Diversitas prædica-
tionum: Sicut diui-
nitas est passa, ita
humanitas est omni-
præsentis.

diuinitas per se nihil habet aut habuit (quemadmodum
 Christus) gratia cuius hoc ei *παρά* accideret, neq; *πρὸς*,
 neq; *ἀπὸ*, neq; per se, neq; secundum accidens, quas
 tenus accidens scilicet non vsurpatur *παράδοξως*. Quod
 si diuinitas per accidens eodem modo dicatur esse
 passa, quo humanitas dicitur passa (nam prædicatur
 etiam pati de humanitate, per accidens, quamuis ei
 per se insit, vt diximus) paralogismus erit secundum
 accidens. Sequitur enim per *ἐκδοξίαν*, seu syllogismum
 (vt vocant) Expositoriū, vt diuinitas sit humanitas.
 Nam si passum sit diuinitas, & passum quoq; sit hu-
 manitas, concluditur, humanitatem esse diuinitatem,
 vt si oculi dicantur audire, quia scilicet qui audiat, is
 dem quoq; præditus sit oculis, quo sanè modo possunt
 omnia transcribi omnibus, paralogismo acci-
 dentis. Quo liquet sanè, quamobrem diuinitati neq;
 per se insit pati, neq; per accidens, item quamobrem
 nec per se de ipsa prædicetur, nec secundum accidens
 etiam, nisi *ἀλλοτρίως*, & non *διεξίως* prædicetur per acci-
 dens. Diuinitas enim est, neq; quæ est passa, neq; etiā
 qua Christus est passus. Huic similis est, si qui putet
 eo humanitatem Christi esse omnipræsentem, quia
 diuinitas ipsius sit omnipræsens, quum talis præ-
 sentia humanitati, nec per se, nec verè secundum ac-
 cidens (nempe sine paralogismo accidentis) adscri-
 bi possit. Nam huiusmodi diuinitatis omnipræsen-
 tia, & naturalis est respectu diuinitatis & persona-
 lis, & per se adscribitur diuinitati Christi. Omnipræ-
 sentia autem, quam adscribimus humanitati Christi,
 neq; naturæ ipsius attribuitur, neq; personæ, (cū
 natura humana non sit persona) neq; etiam ei inest
 per

Omnipræsentia fal-
 sa, quam Anonymus
 humanitati Christi
 adscribit, & sophis-
 tica.

per se, quum ab alio habeat omnipræsentiam, quod
 niam (vt diximus) τῆς ἑξῆς humanitas omnipræsens
 est, & quia conscia ipsa diuinitati est omnium, quæ
 sunt extra diuinitatem, gubernationi Dei subiecto-
 rum. Hanc igitur omnipræsentiam suo modo pro-
 priam humanitatis, per accidens personalem omni-
 præsentiam appellauimus, quæ vt diuinitati Christi
 non potest transcribi (nisi paralogismo accidentis) *Παράλογον αἰτιώσε*
 ita omnipræsentia diuinitatis non potest transcribi *σιμ* uoco acciden-
 vicissim ipsius humanitati, absq; simili paralogismo. *tis, quando illud*
 Ergo omnipræsentia diuinitatis, tanquam accidens *quod subijctur ac-*
 quoddam humanitati nec inest, nec prædicatur etiam *cidenti, neque*
 de humanitate, nec per se nec secundum accidens *QVOD, neque*
QVO, respectu il-
lius accidentis dice-
tur esse.
 λόγιως, cum alioqui in ἀλλοιωσὶ attributorum, aut per se
 inlit aliquid, aut per se prædicetur, id ipsum alteri
 autem inlit per accidens, aut prædicetur de alio per
 accidens, vt pati per se prædicatur de Christo, sed nõ
 per se inest ei, quum per se inlit (sed de ea tamen per
 se non prædicetur) humanitati. Itaq; si quis ita argu-
 mentetur: Christus totus (vt QVOD) est vbiq; pers-
 onaliter, sed sine humanitate non est totus, quare hu-
 manitas etiam, quæ tamen neq; QVOD, neq; QVO,
 subiectum est huius omnipræsentia, vbiq; erit pers-
 onaliter. Argumentum, & ἑμῶν μίαν vocabuli (personas
 liter) laborabit, & præterea παράλογισμῳ accidentis.
 Nam natura humana quæ aliquo modo & secundum
 quid, est vbiq; ea, propter totum Christum, simpliciter
 etiam, vt QVA, vbiq; esse statuitur, quemadmo-
 dum est diuinitas vbiq;, sed falso, propter acci-
 dentis scilicet fucum, qui facit, vt vna atq; eadem
 species omnipræsentia esse videatur in vtriusq; naturis,

Omnipræsentia qua
 tenus describitur
 Christo, & quatenus
 humanitati ipsius,
 est Homonymos.
 Sed Synonymos
 est, quæ Christo &
 humanitati. Christus
 autem est QVOD
 vbiq; est, sed diui-
 nitas est QVOD vel
 QVA, vbiq; est.
 Humanitas horum
 æquo modo vbi-
 que; est. Principali-
 ter autem & maxi-
 me per se vbiq;
 est Diuinitas, quum
 videlicet propter
 eam Christus quo-
 que dicatur vbiq;
 esse. Humanitas
 rō̄ x̄p̄i vbiq; est,
 quem admodum facti
 plane sumus in-
 terpretati.

Quomodo humani-
 tas Christi sit vbi-
 que.

Falsa omnipræsentia
 quam Anonymus
 humanitati Christi
 tribuit, & veram ei-
 us propriam detra-
 hit.

ris, cuius tamen sunt diuersæ species, differentes sic,
 vt paulo antè est dictum. Etenim omnipotentia, vel
 omnipræsentia diuinitatis, ambæ scilicet, nec insunt
 tanquam accidens, nec prædicari etiam possunt de
 humanitate, quum talis omnipræsentia omnino non
 sit, vt cuiquam accidat, nec tanquam accidens prædi-
 cari de aliquo possit. Sunt enim omnipræsentia &
 omnipotentia, ipsamet Dei essentia, nec sunt aliquid
 in ipsa, tanquam subiecto, nec tanquam accidentia
 prædicantur de Deo, cum omnipotentia & omnia
 præsentia accidant humanitati, quatenus eas scilicet
 habet humanitas, nō quatenus sint accidentia quædā
 (nam si vtrius nulli accidit, quanto magis *ἐπιπροσώπων*) sed
 quatenus significant essentiam diuinam filij, cui acci-
 dit, vt habeatur à natura humana Christi. Modum
 habitationis aliàs & sæpè quidem exposuimus. Cate-
 rùm omnino eandem accidentis speciem esse oportet,
 quæ de vno prædicetur per se, & de altero per
 accidens. Sed de his quidem hoc loco exquisitius
 non est differendum, cum magis pertineant ad Philo-
 sophiæ scientiam, quam ad præsentis propositi tra-
 ctationem. Humanitas igitur non se ipsa (vt diuini-
 tas) omnipræsens est, sed rō̄̄ x̄p̄i omnipræsentem dis-
 cimus. Diuinitas omnipræsentia ipsa est, non autem
 habet omnipræsentiam. Humanitas autem non est
 ipsa omnipræsentia, sed habendo eam est omnipræ-
 sens, non localiter, aut per se personaliter, sed per acci-
 dens personaliter: ex quo Homonymia omnipre-
 sentiæ cognoscitur. Quare non eo humanitatem
 Christi, per accidens omnipræsentem dici constat,
 quia diuinitas, quæ sic in humanitate, sit omnipræ-
 sens.

sens, quo sanè modo posset quæuis creatura per accidens omnipræsens dici, sed quia humana natura sustentificata seu personata à diuina hypostasi, eamq̃ habens personaliter sibi vnitam, hoc modo sit glorificata maiestate, vt cum ea scilicet præfecta sit gubernationi vniuersorum, sessione ad dextram Dei significata hac nimirum omnipræsentiâ & omnipotentia hominis Christi, quæ per accidens personaliter insit ipsius humanitati. Quo sanè modo nihilominus humana natura, naturaliter seu essentialiter, seu per se vno duntaxat est in loco, diuinitas autem, aut Christus ipse, & per se personaliter & naturaliter vbique & omnipræsens est, nihil derogante vel arrogante ratione hac distinctionis, vel naturis in Christo, vel naturarum proprietatibus, contra sacræ Scripturæ sensum, ac veritatem genuinam.

Vera omnipræsentiâ
humanitatis Christi
ac propria.

De Nathanaele, quòd ipsum Christus oculis corporeis non viderit, rectè dicit: sed quòd tantum diuinitate viderit, non rectè. Aliter homo videt, aliter Deus, aliter Christus homo, per inhabitantem in ipso corporaliter seu personaliter diuinitatem filij. Et Prophetæ dicuntur videntes in Sacris, qui tamen corporeis oculis absentia, & futura non viderunt, sed alio modo: quànò magis qui est supra omnes? de quo scriptum est: Non secundum visionem oculorum iudicabit, neq̃ secundum auditum aurium arguet, quis quæso est ille? καὶ ὁ ἰσχυρὸς ante secula filius Dei. Talibus etiã oculis humanitas Christi perlestrauit Chananæ mulierculæ domum. Scimus omnes thesauros scientiæ & sapientiæ Dei in Christo homine reconditos, cui iudicium quoq̃ datum est, &

Fol. 46.

Quod Christus etiã
secundum humani-
tatem viderit Na-
thanaelem sub illo.

Esai. 11.

Ioan. 4.

Col. 2.

Ioan. 5.

Apoca. 5.

Esa. 9.

Vnio personalis.

apertio librorum in caelo, quia scilicet filius hominis est. Etenim magni consilij Angelus, & admirabilis consiliarius secundum humanitatem Christus dicitur. Et non vt Idolatra Minos olim Iouis, sic filius hominis, filij Dei est *deiphsis*, sed multo interior, multo coniunctior. Quae enim potest esse arctior, quam personalis vnio filij Dei, cum filio hominis in persona Christi?

Quod deinde scribit: Corpus Christi in coena corporaliter non adesse, sed ipsum corporaliter duntaxat in caelo esse, & in Sacramento sola fide finiendam ipsius praesentiam, quae concipiat intra se absentis quoque speciem & fructum, quid mihi de hac praesentia videatur, aut quam absurda haec sit opinio, alio quodam scripto declaravi, quod huic adiunximus.

Essequitio disputationis non reprehendenda.

Præterea non videtur merito reprehendere, accusationem & exquisitionem hanc disputationis nostrae, tanquam si nimis ista spinosè & exiliter, id est, inutiliter à nobis explicentur. Profectò si ad initia & fontes rationum accederemus, tot rixæ & concertationes in disputationibus non essent. Adhuc igitur quae considerata sunt, consideremus, & ignoscamus nobis mutuò, ne infirmis & Ecclesiae scandolosimus perpetuis illis dissensionibus. Deinde mirum est, quod personalem hanc humanitatis Christi praesentiam tanquam commentitium quiddam sugillat. Nam totum Christum Anonymus personaliter cum fateatur ubique esse, & diuinitatem quoque ipsius essentialiter & personaliter ubique esse concedat, si humanitas Christi nullo modo sit ubique, quæro quomodo totus sit ubique? Iam Synechdochiæ naturaliter eum
si quis

Omnipresentia humanitatis Christi personalis, non est commentitium quiddam.

si quis ipsam ubiq; dixerit esse, id est, per accidens, quia videlicet totus ubiq; sit propter suam diuinitatem, quem vnum modum agnoscit Anonymus, per accidens scilicet humanitatem Christi ubiq; esse. Sed hac presentia per accidens non differt (vt supra ostendimus) à qualibet creatura humanitas Christi. Quosdam igitur modo alio & proprio humanitas quoq; ipsius (respectu cuius Christus dicit, sibi data esse omnia, quæ sint in cœlo & in terra) per accidens erit ubiq;, prærogatiua scilicet quadam existente per accidens omnipresentiæ, & tali nimirum quæ propria sit humanitatis Christi. Ea nimirum erit, quando huic per accidens omnipresentiæ determinatio hæc (personaliter) adiicitur, nempe personaliter habendo id, (nempe diuinitatem filij) quod per se, & essentialiter & personaliter ubiq; sit. Cum alioqui natura humana, neq; essentialiter neq; per se personaliter sit ubiq; que. Quare hic noster modus non erit *πλασματώδης*, quæ veritatem rei explicet, nec spinosus, vt qui ambiguitatem disputationis euoluat.

Quod præterea scripsi, diuinam filij naturam in Christo omnipotentia suæ opera, per humanitatem, vt per instrumentum perficere, nihil habet absurdi, vt Anonymo videtur, quoniam aliàs quoq; in efficientibus numeratur instrumentalis. Non ignoramus porro, nullius instrumenti adminiculo opus esse omnipotenti Deo, alioqui enim omnipotens non esset. Nos hoc loco aliter intelligi volumus instrumentum humanitatis, quod sibi adsciuerit vel assumpsit filius Dei. Etenim sine humanitate restitutionem omnium facere, & profligare malum atq; peccas-

Omnipresentia quod Anonymus dicitur, quoniam humanitati tribuitur.

Matth. 28.

Vera omnipresentia humanitatis Christi per accidens personalis.

Fol. 65.

Quomodo in Christo humanitas diuinitatis instrumentum dicatur.

Ratione humanitate
Christus ad dex-
teram Dei colloca-
tus est.

Apo. 5.

Communicatio ma-
iestatis Dei quid sit,

Quomodo Christus
non modo secundū
diuinitatem, verum
etiam secundum hu-
manitatem mortuos
suscitauerit.

Mar. 5.

1. Tim. 2.

tum noluit, respectu cuius etiam collocatus ad dex-
tram Dei Christus dicitur, quatenus scilicet nō con-
scia humanitate, & non conformi eius voluntate fi-
lius Dei summæ rerum administrandarum & regen-
darum non præsit. Solus enim inuentus est in cœlo,
qui dignus esset aperire librum, in quo sunt omnia
scripta. Ecquidnam cōmunicatio hæc aliud est, quam
quod maiestas filij Dei per humanitatem suam effica-
cem & conspicuam sese præstitit, nec aliter mundo
quàm in carne assumpta, manifestare sese voluit, &
qua descendisse, & qua regnare etiam iam dicitur in
cœlo ad dextram patris collocatus. Alias etiam in
Physicis instrumentales causas numeramus pro his,
quibus non principaliter aliquid fit, sed sine quibus
non fit aliquid. Nec dicimus instrumento humani-
tatis eodē modo Christum suscitare mortuos, quem
admodum diuinitate sua eos excitet, sed quod huma-
nitas ^{τῆ} ^{ἐξ} ^{αὐ} diuinitatem, & non diuinitas ^{τῆ} ^{ἐξ} ^{αὐ}
humanitatem (nisi improprie, quum ^{τῆ} ^{ἐξ} ^{αὐ} perfectionē
significet habentis) sed quod diuinitas conscia huma-
nitate, & conformi voluntate ad opera suæ omnipo-
tentis procedat, iuxta illud: Intellexerat enim à se
virtutem exiisse.

Et hoc est quod dicimus & confitemur cum D.
Paulo: Deum manifestatum esse in carne. Humanis
tatis autem instrumento filius Dei non sic vititur, vt
pictor penicillo, aut Medicus cauterio, quibus non
nisi localiter præsentibus perficitur aliquid, & admi-
nicula sunt, sine quibus non potest, non sine quibus
non vult artifex aliquid facere. Humanitas autem
Christi est, non sine qua non potest, sed sine qua non
vult

vult filius Dei omnipotentiae suae opera praestare, nempe sine conscientia, & sine voluntate conformi humanitatis, qua ratione totum Christum sedere ad dextram omnipotentis dicimus. Praeterea alio quodam modo, corpus instrumentum dicitur animae, & alio, instrumentum animae mens, qua intelligit anima. Nam anima informando corpus, eodem, vt instrumento vitur. Mens nequaquam informando ipsum, facultate corporea interiorum, seu *ἰσχυρισμῶν* sensuum, energiam intelligentiae exercet, tanquam instrumentis quibusdam. Differentijs itaq; instrumentalium causarum cognitis, quo pacto humanitas diuinitatis sit instrumentum, facile intelligemus. Filius porro Dei instrumento animae suae, in resurrectione iterum assumpsit corpus, quem Christum totum principaliter pater excitauit. Ad reliqua aliam respondimus.

Fol. 65.

Ioan. 16.
Non sola diuinitas
excitauit corpus
Christi.

Paulinum illud: Qui cum in forma Dei esset, non arbitratus est rapinam, vt esset equalis Deo, nos sic interpretamur: Rapina est, quod cum non suum per vim alij eripuit quispiam: eo suam potentiam, aut suas opes ostentans, secundum illud Vergilianum: Spoliisq; superbus. Christus ergo ratione humanitatis suae non extulit potentiam suam quam habuit, habens scilicet diuinitatem, sed non tanquam rapinam, superbe nimirum sese ostentans (vt victores & potentes rapinis & spolijs sese & suas vires ostentant) qua vi possit sibi subijcere omnia: sed Deus existens in carne, humilitatem potius & despectum sufferens, tanquam vir dolorum, iuxta Esaiam, se Deum esse quasi dissimulauit. Insuper quaero, quonam pacto filius

Christus secundum
humanitatem est
in forma Dei.

Esa. 53.

lius

hunc Dei filius rapinam ostentare potuerit? Rapina enim nihil est respectu sui. Cæterum verba hæc (qui cum esset in forma Dei) non ad filium Dei simpliciter (vt quibusdam & Anonymo etiam videtur) sed ad Christum ratione humanitatis, sunt referenda, nam in oratione præcessit: Vt sit idem affectus in vobis, qui fuit in Christo Iesu, qui Christus, cum esset in forma Dei, id est, cum esset Deiformis homo, personalem vniõnem exprimere voluit. Quid porro propriè sit & appelletur *μορφῆς*, in libello nostro exposuimus.

Octauæ articuli explanationem nostram non magno opere probat, quòd ei videantur quædam obscure, nonnulla ambigüe & lubricè dici. At horum nihil meis verbis posse affingi, res, & veritas ipsa declarat. Describimus enim personalis vniõnis vtriusque statum, humilitatis scilicet & gloriæ. Personalis perfectio Christi hominis describitur Dei formitate hecetica: qua humanitas Christi *ἰσὺς* diuinitatem Deiformis appellatur in vtroque statu, alia est *ἡρώως* perfectio, quam resurgendo & sedendo ad dextram Dei Christo adscribimus. Vt verbi gratia, idem fuit *Ἰησοῦς*, qui paupertatem simulauit, & qui interfectis hostibus suis imperium patriæ recuperauit, mutato habitu gloriosus, secundum illud Homeri:

Ἄνταρδ' ἰομεῖσθαι βακίῳ πολυμήνης Ὀδυσσεύς.

Fol. 78.

Resratio opinionis
Anonymi de animæ
operacionibus sine
corporeo instru-
mento.

Quomodo diuinitas per humanitatem tanquam instrumentalē causam, sit extra se efficax seu *ἰσχυρῶς*, exemplo animæ & corporis adumbramus, sed quæ tamen differentia sit similitudinis, aliàs est dictum. Reprehendit Anonymus quòd dixerim: Animam nostram

nostram in omnes energias procedere instrumento corporeo, quod ipsum ei videatur falsum esse, cum videlicet facultate mentis energiam exerceat absque instrumento corporeo, id est, seipsa intelligat, non informando partem aliquam corporis, in qua sententia etiam sic Aristoteles. Equidem verum est, quod nullum instrumentum corporeum informans mens nostra, intelligat, (*τὸν γὰρ χαλιπὸν ἢ πλάσσει*) sed quod adminiculo nullius facultatis informantis corpus, intelligat, Aristoteles non dicit, quum scribat à nobis nihil intelligi *ἄνω φαντασμάτων*. Nec verum porro illud etiam est, aut Aristotelicum, quod scribit, Facultatis & sensus videndi non esse instrumentalem causam *διαφανὲς* corpus, cum oculus sit plane constructus *διαφανὲς* & membranis, & humoribus. Ac præterea externum quoque *διαφανὲς* corpus, visus instrumentum appellat & Galenus noster in libro quodam de placitis Hippocratis & Platonis.

Alta reprehensio de causa instrumentali sensus videndi.

Quomodo filius Dei nihil faciat sine humanitate sua, sæpius est dictum. Vt autem opera Trinitatis propter unitatem essentiae, sunt indivisa ad extra essentialiter, ita Christi quoque opera, propter unionem personalem, humanitate nimirum habente rationem causae, sine qua non, sunt indivisa personaliter. Adumbrare utcumque possumus divina hæc, quorum tamen per omnia undiqueque simile reperias nequaquam in rerum natura, aut rebus creatis.

Quomodo opera Christi sint indivisa personaliter.

Absurdæ sunt igitur comparationes illæ, quibus omnipotentia, aut omnipræsentia humanitatis Christi comparatur calamo, quoad dicatur intelligens, quia scilicet homo, qui utatur calamo, sit intelligens: aut si comparetur stipiti divinitas, & ramo humanitas, aut

Comparationes Anonymi absurdæ.

E diuinis

diuinitas homini, pedi vero humanitas, de alijs comparationibus ineptis alio quodam loco diximus, quarum omnium absurditas satis manifesta est, si ad veritatis calculum reuocentur. Mirum quod hac similitudine fretus Anonymus nō compararet etiā humanitatē Christi, cucurbitæ. Paulò antè ostendimus, penicillo pictoris, humanitatem Christi nō esse comparandam. In Christi enim humanitate omnes thesauri scientiæ & sapientiæ Dei sunt reconditi, quis hoc vel per metaphoram ausit dicere de penna scribentis, quod in ea sit ingenium scribentis? de manu rectius illud diceretur: at ne manus quidem cum scribente vnum personale constituit. Ego προκίτταρ illam in comparationibus abominor, quibus diuinorum res & veritas non declaratur, sed cōfunditur, & obscuratur quadam petulantia comparationis rerum dissimilimarum. Ἰκότηρ λόγος.

In Phædone. ἀλλήλων appellat Plato in Phædone, & idem in Phædro, ἐγὼ δὲ ποῖς ὄψε τῶν ἀκρίτων τὰς ἀπὸ δέξας ποιμένιοι λόγοις ξύνοιστε ἕσση ἀλαστοί, κ' ἄντις αὐτὸς μὴ φυλάτῃης, ἐν μάλα ἑξαπατώσας, αἰμοιότητες, si non ritè adhibeantur, maximam vim habere ad decipiendum scribit, εἰ ἄρα τὴν μέλλοντα ἀπατῶσθαι μὴ ἄλλοις αὐτῶν δὲ μὴ ἀπατῶσθαι τῶν ὄντων καὶ ἀνομοιότητα ἀκριβῶς εἰρηθίνασι. Διλλορ γὰρ εἰς τὸ πᾶσι τῆς ἀπάτης εἰ δμοιοτήτων πινδρ ἀσεβῶν. Id est: Oportet itaq; vt is qui velit aliū decipere, ipse autem non decipi, similitudinem, & dissimilitudinem omnium rerum agnoscat perfecte & discernat. Constat enim, quod error & deceptio, præsertim in animos influat per similitudines. Christi humanitatem naturaliter omnipræsentem rebus omnibus dicimus per Anastrophen, quia videlicet ei sint propter lumen diuinitatis omnia præsentia, propter conscientiam scilicet omnium, & multo perfectiore modo: quum videlicet filius Dei sit sapientia, & scientia, aut præscientia

Christi humanitas
omnipræsentem per
Anastrophen.

entia potius omnium conditarum rerum à Patre ante
 secula genita, seu primogenita MENS quædam, Et quia
 humanitas Christi summè beata est, nequaquam ex-
 stimari debet, quòd quorūdam sit conscia, & quorū-
 dam non, cum imperfectionis sit, quædam ignorare
 quæ scire possis: sed perfecta est tamen, imò perfectis-
 sima Christi *μενσπιτης*, quæ cum sit æterna, in ea idem es-
 rit, ESSE, & POSSE ESSE perfectū, & beatū. Omnia
 igitur ei presentia esse oportet, *ὅτι ἐν ἑαυτῇ ἰσθῆναι*, vt in Me-
 taphysicis inquit Aristoteles. Quando igitur dicimus
 diuinitatem Filij, humanitate sua, tanquam instru-
 mento quodam, omnia diuinitatis opera præstare &
 exercere, tanquam si anima cum corpore omnia sua o-
 pera peragat, seu suas energias exerceat, illud sic acci-
 piendum est, non quòd vndiquaq; simile illud existat,
 sed quòd aliquo modo simile. Nam diuinitas & huma-
 nitas non vnum per essentiam constituunt, vt anima
 & corpus vnum *ἑσθῆναι* constituunt, neq; diuinitas sic
 indiget humanitate, vt non potuerit sine adminiculo
 eius diuina opera ædere: Ergo, non quòd non potue-
 rit, sed quòd non voluerit Christus proferre sese ex-
 tra suis operibus diuinitatis sine humanitate conscia,
 eò humanitatem diuinitatis quasi instrumentum, &
 quodammodo causam, sine qua nō, esse diximus. Alia
 sunt opera, quæ omnino diuinitas, seu Deus Christus
 non potuit efficere sine humanitate sua, tanquam in-
 strumēto, vt nasci, mori, resurgere, ascendere, ad dex-
 tram omnipotentis sedere, fungi officio intercessoris
ἡ μείτω, & vëturi etiã Iudicis fungi persona in nubibus
 cœli cum cœlesti comitatu & magna gloria appar-
 entis. Non puto desideraturum aliam interpretatio-

Dissimilitudo
 mæ & corporis

nem Anonymum, quòd si meliorem ipse habuerit, aus
diemus.

De habitu glorioso-
rum corporum.

De corporū beatorū glorioso habitu, tantum scripsi,
quantum coniectura potui assequi. Certum est auto-
ritate scripturæ, quòd spiritalia sint futura, & æterna
atque immortalia corpora nostra, non igitur vt nunc
sunt, ex caducis elementis cōcreta erunt, & quatenus
immortalia, erūt etiam *ἀύλα*, expertia ergo *φύσις*, & *φύσις*
καὶ συμβεβηκότων, in quibus sunt etiam, in loco esse, &
moueri ad locum *καὶ* aut *παρὰ φύσιν*. De agilitate, & re-
liquis accidentibus proprijs, talium corporū arguari
nihil possumus, quum omnia beatorum talia sint fut-
tura, quæ oculus non viderit, non auris audierit, nec in
cor hominis ascenderit. Credenda igitur hæc potius
sunt, quàm scrutanda.

2. Cor. 2.

Hactenus eorum, quæ obscurius in meo libello de
vnione personali ambarum naturarum in Christo, di-
cta, aut scripta videri possent, interpretationem subie-
ci, adeoq; respōdi ad nonnulla, de quibus aut hæsitare,
aut quæ non satis assecutus videtur Anonymus scripti
mei interpres. Oro autem omnes, qui hæc nostra sunt
lecturi, vt in primis quo animo hæc scripserim perpē-
dant, & quamobrem hac Philosophica methodo ince-
dere voluerim, considerent: nempe vt rectius & aper-
tius omnia explicarentur, quæ ad propositam disputa-
tionem faciunt, quū sine methodo exquisita, ad verita-
tis perfectam cognitionem peruenire haud valeamus,
præsertim in huiusmodi quæstionibus. Cæterum mo-
rosos illos sciolos nihil moror, qui non quid scriba-
tur, sed quinam scripserit, cognoscunt, & simulac di-
splicuerit scriptor, non lecta etiam damnant. Quare
ille

Respondet sciolis.

ille non continet se intra metas suæ professionis, in-
 quiunt? Audi vero meam causam mi Phormio, aut si
 mauis dici, Suffene arrogantissime, quæro nū Theo-
 logiæ disputationes difficiliiores nulla Philosophica
 tractatione possint explicari? Aut num si id facere
 quispiam possit, operam suam denegare debeat Eccle-
 siæ ob id, quia Theologi titulum non habeat? Quod
 igitur Theologi ipsi non reprehendunt, id tu pro tuo
 supercilio reprehendendum existimas? Rectissime
 igitur feceris, si id, quod non intelligis quale sit, repre-
 hēdere desinas. Vt autem de mea scientia dicere nihil
 possum, ita de mea conscientia hoc testari verissime
 possum, me, quicquid horum scriptis mandarim, par-
 tim hortantibus doctis quibusdam viris fecisse, partim
 vt viam munirem ad pacem & cōcordiam ineundam:
 quam tota re explicata, expeditam fore arbitror ijs,
 qui spiritu Domini aguntur. Deus pacis Spiritu suo
 sancto mentes nostras illuminet, veritatemq; nos om-
 nem doceat, & in Sacramento *τῆς ἑνώσεως* ne posthac dis-
 sentiamus, faciat, vt vnum simus in ipso, deq; mysterio
 corporis & sanguinis Domini nostri IESV Christi idē
 sentientes veram aliquando, & Ecclesiæ Dei gratu-
 landam celebremus *συνάξει*, concordie Christianæ sacra-
 tissimo fœdere coniuncti.

Hactenus ad Anonymi reprehensiones respondi-
 mus, quarum reprehensionum prauam libelli nostri
 intelligentiam fuisse causam, nemo non facile intelli-
 get. Nunc porro de præsentia corporis & sanguinis
 Christi Domini Salvatoris nostri in Sacramento *τῆς ἐπιπέσεως*
 pauca quædam differemus, quod videlicet præcipue
 propter huius Sacramenti mysterium de vnione perso-

nali naturarum ambarum in Christo nobis scribendis
aliquid esse putauimus, quo melius & certius, quæ ve-
niunt in controuersiam, intelligerentur.

Secunda pars libri.



Va conditione, & quo modo hu-
mana Christi natura præsens om-
nibus rebus creatis adsit, ostendi-
mus abunde satis in libello de vna
persona, & duabus naturis in Chri-
sto. Quum enim totus Christus sit
vbique per se personaliter, etiam
humana natura ipsius vbique erit, sed per accidens
personaliter, nempe quia pars est personæ vbiq; exis-
tentis, propter naturæ diuinæ immensitatem, quæ vt
nullo includitur, ita quoque nullo excluditur loco,
quum humana natura per se considerata, naturaliter
quodam sit siue loco, siue quodam vbi determinata,
ac quoad naturalis est, Deus, siue diuinitas esse neque-
at, & immensum quiddam per se non esse possit. Sed
Christi tamen (quum videlicet quæ persona est Chri-
stus, & totum aliquid ex duabus naturis quodammo-
do compositum *h. n. s.* dicatur sedere ad dextram omni-
potentis,) consortem vtiq; & participem omnipoten-
tiæ naturam quoq; humanam esse oportebit, quum ra-
tione humanitatis Christus, & sedere ad dextram Dei,
& accepisse omnia à patre dicatur. Quæritur modus,
quo nam particeps sit facta Christi natura humana om-
nipotentis: Extra diuinam naturam nihil vt est per se
omnipos

Quomodo humana
natura in Christo
particeps sit facta
omnipotentis.

omnipotens, ita nec particeps omnipotentiae esse potest hoc modo, quo Deus est omnipotens. Vt enim incommunicabilis est extra Deum diuinitas, ita quoque omnipotentia communicari simpliciter nulli creature potest. At Christo homini communicatam dicimus esse omnipotentiam, quia videlicet omnipotens Dei filius personali vnione sibi adiunxit humanam naturam, cuius adminiculo & tanquam instrumento, recreator, & instaurator esse voluit prolapsi in deterius mundi. Omnipotens ergo dicitur humanitas quoque: sed non per se, verum hac ratione, qua quodammodo pars est, & tanquam instrumentum personae omnipotentis, quo instrumento expiator peccati, redemptor, mediator, iudex esse voluit Dei filius. Ita enim visum est Deo Patri antequam iacta essent fundamenta mundi: nequaere ita visum fuerit, quaerere debemus, sed credere. Omnipotens ergo est humanitas Christi, quia instrumentum quasi horum omnipotentiae operum respectu filij Dei esse dicitur. Et propter eandem naturam assumptam, Emanuel quoque dicitur esse Christus. Per humanitatem enim ad nos venit, & noster factus est Deus, & nos sibi adiunxit quidem illo quasi carnis coniugio, descenditque assumpta humanitate, cum intelligeret nos sine illo (tanquam sine scala Patriarchae Iacob,) in coelum non posse ascendere. Quod attinet ad reliqua omnipotentiae opera Christi, de his quaeritur, vtrum vtpater horum sine filio nihil facit, ita quoque filius sine humanitate nihil faciat? Absente localiter humanitate, & nihilominus personaliter praesente Christus naturaliter & essentialiter praesente ubique diuinitate, & gubernat omnia, et conseruat. Sic localiter absens corpore sanauit multos, & per manus etiam Apostolorum efficac

Christus, sicut Emanuel dicitur.

Gen. 28.

An filius Dei aliquid faciat sine humanitate.

efficax fuit miraculis, & absens corpore, præsentissimus nihilominus eisdem fuit personaliter, effundens in ipsos Spiritum sanctum, sedens ad dextram omnipotentis. Si hæc filius Dei facit sine humanitate sua personaliter sibi assumpta, quomodo quæso propter hanc Christus sedere ad dextram omnipotentis dicetur? & quomodo accepisse omnia censendus, quo sanè modo non magis personaliter iunctus erit filius Dei suæ humanitati, quàm sit cuius sanctorum? Cõsiderandi igitur sunt modi, quibus Dei filius rebus omnibus præsens adesse dicatur. Præsens omnibus est, per essentiã, in sanctis habitat per gratiam, in humanitate sua plenissimè inhabitat, vt per eam effluat etiam & redüdet in omnes creaturas. Nam quemadmodum sol vndiq; diffundit radios suos per *diapersis* corpus, ita omnipotentia filij Dei profert se *imp. d. n. d.* ad omnes res creatas in persona Domini nostri IESU CHRISTI, hac ratione, qua nimirũ in mente Christi reconditi sunt omnes thesauri sciẽtię & sapiẽtię Dei, dũ fiunt omnia scilicet cõscia humana natura Christi, & conformi voluntate, nõ quòd ipsa per se humanitas sit omnipotens, sed quòd personaliter particeps sit omnipotentię, id est, quòd altera natura, (nempe diuinitas filij,) huius personæ, sit ipsa per se omnipotentia: humana autem natura, nõ sit ipsa per se, sed sine qua non velit esse omnipotens: nõ quòd diuinitas accipiat aliquid ab ea, sed quòd communicans sese ei personali vnione, per, & cum humanitate hac conscia, & volente (non corporaliter & localiter præsentem,) nihil agat filius Dei, quæ sanè mihi sessionis ad dextram, et maiestatis hominis Christi, totiusq; personæ verissima videtur explicatio. Reliqua sunt exposita in libello nostro. Propter

Modi præsentie
Dei in rebus creatis

Aptissima similitudo, qua maiestas Christi secundum humanitatem declaratur aliquo modo.

Sessio ad dextram Dei.

Propter cōscientiam autem hanc omnium rerum, ipsum statuimus filium hominis omnibus rebus esse præsentem ratione humanitatis: aut potius ei omnia esse præsentia, non temporaliter, non localiter, sed omnia simul, quum prius, & ab æterno omnia ^{intra} sit Deus filius, quàm sint extra Deum, quoad scilicet in loco & tempore digesta illa esse cœperunt, quæ non quia sunt, cognoscuntur à Deo, sed quia præcognita sunt, idcirco voluntate Dei aliquando esse cœperunt. Quapropter Christus quoq; (vt homo) creaturas nō vt extra sunt, sed vt diuinitus præcognitæ ab æterno fuerunt, cognoscit, propter inhabitantem personali vnione diuinitatem in ipso corporaliter, vt Paulina phrasi, quod volumus exprimamus. Ex quo perspicitur, alio modo humanitatem Christi omnia scire, & omnia posse, alio modo naturam ipsius diuinitatem. Nam diuinitas est seipsa omniscia & omnipotens, sed natura humana ⁱⁿ ^{Christo}, quæ cum sint exposita in libello nostro, non est vt plura de his differamus in præsentia.

Quomodo filio hominis omnia sint præsentia, & ipsis omnibus rebus præsens adsit.

Quomodo filius hominis omnia cognoscat.

De omnipræsentia certamen est, & de maiestate Christi, non quatenus Deus, sed quatenus homo ad dextram Dei sedere dicitur. Cum enim eodem modo, quo diuinitas vbiq; est essentialiter, ita quoq; nō vbiq; sit humanitas, quæritur, an aliquo, an verò nullo modo vbiq; præsens esse possit? Quia propter vnionem personalem & perfectam sessionem & maiestatem in cœlestibus hominis Christi, suæ mentis & volūtatis energia, cōsociata est diuinitati humanitas Christi, ^{omnibus} scilicet gubernationis (propter quam subiecta dicuntur omnia potestati Christi) humanitas

De omnipræsentia Christi secundum humanitatem.

Matth. 23.
Pav. 8.
Heb. 2.

Humana natura du-
pliciter, vbi que
dicitur.

Duo modi præsen-
tiæ rerum.

fatem omnibus rebus præsentem statuimus, quam nostri Theologi volunt intelligi modo maiestatis, non modo & absoluta ratione essentiæ humanitatis, quæ localiter non sit vbiq; , sed (vt dictum est aliis) sit alicubi, qua maiestate significatur dominatus emittens humanitatis Christi, cui obediant omnia. At dominatus *ὡς ἄνθρωπος* quiddam est, nam absq; *ὡς ἄνθρωπος* præsentia & maiestas intelligi nequit. Ergo dupliciter humanam naturam Christi præsentem omnibus rebus possumus dicere. Vnus est, quo fiunt omnia conscia mente Christi, & conformi voluntate, quam paulo antè *ὡς ἄνθρωπος* descripsimus. Nam mediatorem conscium esse oportet eorum, quorum respectu mediator dicitur. Alter modus est omnipræsentia humanitatis, quem in libello nostro expressimus vocabulo *ὡς ἄνθρωπος*, quia videlicet humanitas participet natura omnipræsentem, non quòd ipsa naturaliter seu localiter sit omnibus rebus præsens.

Operæpretium est hoc loco distinguere modos præsentia rerum, qui duo sunt. Vnus est qui describitur actu primo. Alter, qui actu secundo, seu *ὡς ἄνθρωπος*, quæ promanat ab actu primo. Quæ locis non separata, simul esse dicuntur, eadem sibi mutuo etiam præsentia existimari solent, vt forma, materiæ est præsens, & accidens, subiecto, & partes quantitatis, communi quodam termino continuatæ, & præterea quæ paruo loci interuallo distant, præsentia sibi mutuo dici cõsueuerunt. Diuinitas ratione essentiæ & primi actus, omnibus creaturis præsentissima est. Quæ nã sint essentiæ & loco remotissima, per se satis est euidentis. Altera præsentia est rerum *ὡς ἄνθρωπος*, seu qua res
bus

bus adscribitur ratione actus secundi. Hoc modo,
 Sol & astra, totumque cœlum terræ præsentia esse dis-
 cuntur, loco valde remota tamen. Nam suis energijs
 cœlestia conseruant & regunt terrena hæc omnia,
 quæ si primo actu & localiter ipsis præsentia essent,
 nullam vim haberent ad conseruanda hæc, vt merito
 locus & *ratio*, inter accidentia proximum à substantia
 principatum habeant secundum Philosophos, quum
 Bonum videlicet sit Vniuersi, *ratio*, cum vniuerso &
 toto singulas partes conseruans. Proficiscuntur itaque
 secundi actus à primis actibus propter locum & *ratio*,
 vt verbi gratia: Si sanguis effluat extra venas, cor
 rumpitur, & cibus non nisi in suo loco concoquitur,
 & cerebrum nõ nisi suo loco positum, sensum & mos-
 tum partium infernarum exercet. Quibus exemplis
 nemo non intelligit, quale sit discrimen actus pri-
 mi rerum præsentia, & actus secundi: & quod in
 quibusdam naturalibus corporibus, simul esse nes-
 queant actus primi & actus secundi præsentia. Vt
 color, si actu primo proximè oculis admoueat, ac-
 tus eius secundus, quo visibile efficit corpus color-
 ratum, nullus erit. At loco remotus, præsens est sua
 energia, & verè est id, quod esse dicitur, nempe qualitas
 oculos afficiens & visum. *Abiens* enim & actus pri-
 mus, non nisi ratione energie consuevit intelligi,
 quam nisi præstare possit, non ipsum esse quispiam
 dicitur, vt color esse actu non dicitur, qui non potest
 videri, & oculus non est actu oculus, qui non potest
 videre. Sunt alia porro quorum actus secundi præ-
 sentia coniuncta est cum actus primi præsentia, vt
 actus secundi, qui animæ adscribuntur, ab essentia a-

nimæ non sunt separati. Anima autem est actus primus corporis Physici, organici, vt ex Philosophia est notum. Nec diuinæ operationes ab essentiæ præsentia sunt distinctum quiddam. Sua enim essentia est efficax Deus, in quem Deum absolutum accidens nullum cadit, propter simplicitatem summam, de qua accuratiores rationes sunt requirendæ à Theologis. Potest itaq; fieri, vt quod actu primo præsens sit, id ratione actus secundi ablit, vt Deus actu primo iustitiæ adest etiam impijs, sed actu secundo iustificationis, miserationis & gratiæ, longè ab his abesse dicitur. Sed quoniam in persona Christi ratione humanitatis duo actus primi concurrunt, naturalis & personalis (cui nihil simile est in rerum natura) actus primi & secundi ratio diligenter in persona Christi distinguenda est.

Etenim quod attinet ad primum actum, qui describitur ratione essentiæ & personæ Christi, totum vobis Christum esse dicimus. At humanitatis actum primum & naturalem, duntaxat in loco supercœlesti statuimus esse, quamuis eam sibi diuinitas filij vobis bique adiunctam non localiter tamen, sed duntaxat personaliter habeat. Et in Sacramento quidē ^{obxipislas} præsentem actu primo personali Christum ipsum dicimus esse, tanquam conuiuij istius & cœlestis ^{obxipislas} quendam ^{isatopa}, per sacerdotis os, recitantis verba institutionis, & manus administrantis (sumus ipse sacerdos) exhibens nobis ipse sui corporis & sanguinis veritatem, quibus nimirum pro nobis in sancta cruce triumphans, diabolū & peccatum vicit, & horum satellites omnes, summam obedientiam carnis ^{sua}

suæ exhibens patri cœlesti, suæ potestati, suisq; pe-
 dibus omnes suos inimicos subiecit. Præbentis autē
 semetipsum actus personalis Christi primus in Sa-
 cramento coniungitur cum actu secundo efficacitæ
 sacramentalis, qua efficacitæ, cum pane & vino, verum
 suum corpus, & verum sanguinem suum (quem non
 nisi energicè ad nos relata intelligi certissimum est)
 exhibet nobis, qua definitione energicæ, corpus Chris-
 ti non corporaliter quidem ἀλλοιως, sed corporaliter
 ὑποστατικῶς tamen participari à sumentibus arbitramur.
 Ex quo perspicitur, quæ sit differentia inter solis, aut
 rei aspectabilis actum secundum, & sacramentalis ac-
 tus secundi præsentiam. Et enim actus secundus rei
 aspectabilis in oculo est etiã absq; actu primo rei quæ
 videtur, sed actus ille secundus sacramentalis ener-
 gicè non etiã est absq; primo actu personalis præ-
 sentia Domini & seruatoris IESU Christi, cuius rei
 veritatem nullius rei perfecta similitudo repræsen-
 tare potest. Horum omnium ratio & demonstratio
 sumitur ex ea perfectione humanitatis, quæ perso-
 nali vnione cum diuinitate filij Dei describitur, non
 ea quæ vt ἡλικιωσῶς humanitatis ipsius ratione priuatæ
 gloriæ accidit, de quibus omnibus satis superq; in
 nostro libello est disputatum, quæ denuo comme-
 moranda non esse videntur.

Singularis igitur corporis & sanguinis dominici
 præsentia quædam cum sit in Sacramento ὑψαρπισια, cōs-
 siderandum quomodo vtrunq; adsit & sumentibus vs-
 trunq; exhibeatur. Cum autē corpus Christi & in cœlo
 sit, & in cœna (nam quod vtrobiq; sit, sacris literis est
 testatū) vno modo in cœlo erit, & alio in Sacramento,

Quomodo corpus
 & sanguis Christi
 adsint in cœna.

eodem, utrobique esse, est impossibile. Quod si ratione absoluta corporaliter scilicet & localiter sit in cœlo, non etiam hoc modo in Sacramēto erit. Non ergo absoluta ratione corpus, et sanguis Christi in *εὐχαριστία* erūt. Nam ut impossibile est vnum, quatenus vnū, esse duo, ita quoque impossibile est, ut vnum, vno loco definitū, simul duobus locis localiter comprehendatur, quum contradictionem implicent, qua simpliciter impossibilis declaratur falsitas. Proinde cū cuiusque *ἑστία* semel duntaxat id sit: quod esse dicitur (*ἑστία* *ἑστία* *ἑστία*, inquit Aristo.) absoluti corporis essentia vna duntaxat numero erit, et vno duntaxat in loco naturaliter. Cōsiderandū igitur, an per accidens quoddam multitudinis sit particeps corpus Christi, & in multis esse possit non localiter? Etenim species quælibet, quoad ipsa per se secreta consideratur, vna est, sed quoad ei accidit, ut sit in quodā, multitudinis & numeri sit particeps. Cuiusque enim formæ (quæ per se vna est *ἑστία*) accidit ut causa materiæ sit numerosa, ut Ternarius ipse per se, & vnus, & semel est, id quod est: propter res autem numeratas quibus accidit, tot sunt ternarii, quot res numeratæ ternario, quæ res non sunt ipsæ ternarius, sed trinum quiddam, id est, participatus ternarius quidam. Ita corpus Christi, quo modo est in cœlo, eodem modo in *εὐχαριστία* esse nequit, quod ipsum Scholasticis quoque visum, qui corpus Christi, quantum in Sacramento, sine quantitate tamen, spiritali modo, id est, non corporaliter extensum esse dixerunt. In cœlo autem esse cum quantitate, nempe extensum corporaliter. Quæ ratio quàm multis absurdis laboret, & quàm multa implicet contradicentia,

Refutatio opinionis
Scolasticorum.
de presentia corporis
Christi in Eucharistia.

tia, iam nunc breuiter ostendemus. Ac primum est
 absurdum, quod dicunt, idem numero & essentia cor-
 pus, discrepantibus in locis simul eodem tempore
 posse esse. Nam quatenus est in illo loco, non etiam
 simul extra illum esse potest. Nam si sit extra locum
 illum, non amplius in illo erit, aut simul erit in illo,
 & non in illo, quod impossibile est, perinde vt im-
 possibile est, simul album aliquid, & non album dice-
 re. Sed illi respondent, in cœlo est, vt quantitate pre-
 ditum seu circumscriptiuè, in Sacramento, vt expers
 quantitatis. Simul ergo idem numero corpus in duobus
 generibus erit *ἁριθμητικῶς*. Nam quatenus expers
 quantitatis *ἄσπερος*, incorporei generis erit. Spiritalem
 enim *ἄσπερον*, nulla re distinguimus à corporea, quàm
 quòd spiritalis sit expers quantitatis, & effugiens
 partium numerum, corporea autem omnis partes
 quasdam habet, quæ differunt inter se situ, et extra se in-
 uicè existant, nec sit vt spiritalis *ἄσπερον* quiddam *ἅπλοσ ἄσπερον*
 corporeum totum. Et vt definita quantitas sit quod-
 dam accidens, & separabile quiddam, nihilominus
 quantitas indefinita hæc (qua dicitur *ἄσπερον* partes habere
 re extra partes) nullo modo separabilis est ab essen-
 tia corporis, nisi dicamus etiam differentiam *ἁριθμητικῶς*
 posse separari à specie. Quare non modò nullum est,
 sed ne fingere quidem corpus per se existens incor-
 poreum possumus, id est, quantitatis expers corpus.
 Tamen si causa intellectus corpori accidat, id est, quæ-
 tenus *ἁριθμητικῶς* quoddam est, vt incorporeum quiddam
 sit, & diuisionis expers, ipsum tamen per se corpus
 omne non est *ἅπλοσ ἄσπερον*, sed partes habet extra partes.
 Omnem ergo Scolasticorum disputationem hanc ap-
 pellare

pellare licet λόγῳ πλασματικῷ, id est, ficta argumenta, vt
 qui falso proposito probando, fictas rationes accom-
 modet, confundendo Theologica & Philosophica
 principia, partim quædam etiam falsa principia affine-
 gendo, πῶτον δ' αὐτοὶ τὸ μικροδὲ λαβὴν τὰς ἀρχὰς, (vt alicubi in-
 quit Aristoteles) ἀλλὰ πᾶσι ἐβόλησαν πρὸς τὰς ἀξίως ἀρισμίνων ἀσέβη-
 id est, Huius causa est, quòd non ritè sumunt princi-
 pia, sed quòd conantur omnia reuocare ad quasdam
 anticipatas animis falsas opiniones. Quamobrem
 huiusmodi argumenta videntur ἁπλῶς ὡς ἰληόμενα καὶ μάχεται
 καὶ αὐτὰ ἑαυτοῖς, καὶ τοῖς ὑλιότατο, quæ omnia refellerem nullo
 negotio, si mihi propositum esset aliorū πίσι ἑυχαριστίας,
 seu præsentia corporis Christi opiniones potius res-
 fellere, quàm meam exponere & declarare sententi-
 am. Alij sunt qui opinantur corpus Christi absens
 duntaxat significari Sacramento panis, & non exhibe-
 beri etiam significatam rem, sed præhendi duntaxat
 & præsentari eam fide, qua ascendentes scilicet in
 cælum, nobis ipsum applicemus corpus, admoniti si-
 gno, nempe sacramento corporis Christi. Quo sensu
 freti, censent etiam impios rem Sacramenti non
 accipere, quamuis signum percipiant seu Sacramen-
 tum externum. Constat primùm inter omnes, Sacra-
 mentum, instrumentum quoddam efficax esse Dei,
 vel ad conferendam, vel ad augendam gratiam diuinam
 institutum. Secundo, hanc eius efficaciam, (vt
 Sacramentum ipsum etiam) non nisi in Ecclesia locū
 habere, & hanc ei vim inesse essentialiter, propter in-
 stitutionis formam, & propter instituentis præsen-
 tiam, nec ei detrahi aut accedere quicquā, aut respectu
 etu ministri Ecclesie, aut respectu bene & male vtens-
 tium

Refutatio opinio-
 nis, quæ iubet per
 fidem ascendere in
 remotum cœli locū,
 vt præsens habeat
 corpus Christi.

tum hominum, quum fidem, qua Deus sese obstrinxit Ecclesiae, non faciat irritam certorum hominum infidelitas. Tertio, quum fides omnis, in obiectum aliquod feratur, & sit mensuratum quiddam, posterius ipsa fides nimirum quod quiddam (quum in relatis tertij modi prius, & posterius esse quod locum habeat) & obiectum seu mensura ipsius, prius quod quiddam erit. Non igitur nisi causa est praesentiae ἡ πίστις , sed $\text{ἡ πίστις ἐν Χριστῷ}$ est causa, ut ἡ πίστις causa est et mensura $\text{ἡ πίστις ἐν Χριστῷ}$, & non ἡ πίστις , nisi causa existit. Ex quo perspicitur, Sacramentum esse compositum ex signo, & significato quodam, utriusque praesentibus: & ut signum, corporis nostri sit cibus, ita re significata vegetari animam nostram certum est. Quarto corporis & sanguinis Christi veram praesentiam & essentialem, (quoad ea constituitur Sacramentum), & verbis Christi, & Pauli quoque Epistola proponi nobis manifestissimum est. Etenim Christus panem mandandum exhibens discipulis, simul comesturos etiam eos dicit ipsissimum corpus suum, quam significationem habet ὅτι , si ei praepositur articulus ἡ . Et D. Paulus non simpliciter sumi panem illum scribit, sed cum corpore Dominico sumi, & ab indignis, indignè illum sumi, & cum periculo animarum, quum alioqui solus panis esus, non minus reficiat indignos, atque dignos, impios probos, atque probos. Quibus argumentis omnibus praesentia vera corporis & sanguinis Christi in ἡ χάρις praesentatur, cuius causa sit institutio Christi, & non fides sumentium, aut praesentium ipsum ministrorum.

Restat ut de modo praesentiae Sacramentalis dicamus, & hac de re nostram declarem sententiam etiam, quae nostrorum quoque Theologorum sententiae est consentanea.

G Christi,

Fides non est causa praesentiae corporis Christi in coena.

Vera & suo modo essentialis corporis Christi praesentia in coena.

1. Cor. 10.
1. Cor. 11.

De modo praesentiae Sacramentalis.

Corporis Christi
duplex considera-
tio.

Christi corpus & sanguinem considerari dupli-
ter, ipsa scriptura nos admonet. Nam corpus ipsius es-
uectū esse in cœlū, scriptura testatur, & abesse ipsum a
nobis corporaliter, seu localiter nemo nescit, quicumq;
articulis fidei fuerit imbutus. Nihilominus tamen cor-
poris sui præsentiam nobis in Sacramento vltimę cœ-
næ clarissimis verbis proposuit. Cum igitur præsens,
& absens corpore suo Christus in scriptura propona-
tur, fieri nullo modo potest, vt vna eademq; ratio, si-
mul præsens absensq; dicatur corpus Christi. Diversa
igitur esse oportet. Quoad ergo absolute, & ratio-
ne naturæ suæ corpus consideratur, absens est, & præ-
terea non nisi vno in loco actū naturali consistit. Cor-
poraliter ergo seu localiter, non nisi vnum numero est
Christi corpus, nec multis adesse potest locis, quum vt
suprà dictum est, *in vno loco ipse sit*, id est cuiusq; es-
sentia (qua absolute est) non nisi semel esse, definiatur.
Alter modus quo præsens est ipsius corpus sacramen-
taliter (de personali præsentia humanitatis aliàs est di-
ctum) simplici & absoluta ratione non describitur, sed
relata, qua corpus & sanguis Christi definiuntur, sed
efficacia, & merito redemptionis, & tanquam instrumen-
tales causæ, gratiæ, quum propter obedientiam, quam
præstitit corpore suo Christus, factus sit nobis Deus
propitius, & Spiritu suo sancto nos mediante humani-
tate personaliter, nempe propter personā Christi, præ-
sente, sanctificet. Hac *in op. d.* & relatione ad nos, ipsissis-
imum corpus, & sanguis Christi definitur. Nam absolu-
ta ratio carnis ipsius, non prodest nobis quicquam, sed
energia obedientiæ, & Spiritus carnis Christi nos vi-
uificat, quia scilicet eam pro nobis in cruce, summa pa-
tientia

tinentia & obedientia obtulit. Absoluto corpori ratio
 hæc accidit obedientiæ, non autem ipsa est absolutum
 corpus, qua energia Christus etiam in sacra cœna de-
 finiens corpus suum, simul ipsum cum pane exhibuit
 discipulis suis, quum inquit. Quod corpus pro nobis
 datur, qui pro vobis funditur sanguis: id est, quatenus
 pro vobis datur, & quatenus pro vobis funditur. Vt si
 Sol cum suo splendore vnum personale constitueret,
 (qualem vnum tamen non constituit, & hac ratione
 dissimile quiddam existit,) & dicat: Ecce ego me vo-
 bis exhibeo, omnia vestra illustrantem, & illuminan-
 tem, non ob id, si absolute, & corporaliter præsens non
 percipiatur, nullo modo præsens sit dicendus, aut si hoc
 modo ὑψηλῶς sit præsens, ob id alio quoque modo, seu
 absolute præsentem esse oportebit. Nam si Sol absolu-
 tē etiam sit præsens rebus, tum nullas sibi proprias en-
 ergias, hac præsentia queat exercere, & desinet om-
 nino esse id, corporaliter præsens, quod esse dicitur,
 quum quoad energias suas potest præstare quæque res,
 dicat esse. Nec si quid propter accidens præsens adesse
 dicatur, ob id verum quoque erit, si ipsum absolute et-
 tiam, & localiter adesse dicatur. Nam in his composi-
 tis prædicatis, ab EST tertio adiacente (Græci Diale-
 ctici vocant προσκείμενον) non licet argumentari ad EST
 secundum προσκείμενον. Vt Sol quatenus illuminat est in
 multorum oculis. Nō sequitur, Ergo Sol (absolute) est
 in multorum oculis. Nam consequens illud EST secun-
 dum impossibile est compositum, tertium autem EST
 προσκείμενον verum existit. Nec sequitur, Corpus quod
 traditum est pro peccatis nostris, est in Sacramento.
 Ergo ἀπλῶς id est localiter corpus Christi est in Sacra-
 mento. Et hoc est quod nostri dicunt, corpus Christi

verum esse in Sacramento, at non corporaliter vel localiter, sed spiritaliter, quem modum nos iam energia & relatione expressimus, illi modo sessionis ad dextram volunt intelligi. Hac ratione igitur si corpus Christi finiatur, in Sacramento presentissimum erit, & participari simul à multis poterit, & quamuis non corporaliter extensum, nihilominus suo modo essentialiter est ibi, ubi est Sacramentum ipsius (quod ipsum quoque Sacramentum non *est*, sed *est* quadam, & energia solet definiri) siquidem cuiusque rei *est* etiam appelletur id, quod ratione suae definitionis, quid sit, intelligitur, quamuis sit accidens quoddam, ut etiam est *est*, quae ab aliquo proficiscitur, & in aliquo subiecto recipitur. At paulo antè diximus, sine energia & relatione redemptionis, & gratiae quoad nos, corpus Christi nec definiri, nec intelligi posse. Nam Christus, qui est saluator, hac ratione quicquid est, id respectu nostri esse dicitur. Ita quoque corpus Christi, & sanguis Christi, energia ad nos relata, intelliguntur, non absolute definiuntur. A forma igitur institutionis, hanc speciem, & vim corporis, & sanguinis Christi, panis & vinum est sortitum, admirabili, & nobis ignota: sed credenda unione totius Sacramenti compositi ex significante, & significata re. Filius autem hominis, sedens ad dextram omnipotentiae Dei, & praesens Ecclesiae, unione hanc facit sacramentalem praesens scilicet personaliter, eo modo quo sedens ad dextram Patris est omnipotens, & *est* per Sacramenta etiam, quod tam facile ei est factum, quam cum quinque millia hominum septem ordeaceis panibus reficeret. Inuisibili enim praesentia spirituale corpus illud suum & sanguinem

Extra usum nihil
habet rationem
Sacramentali.

Filius hominis personaliter praesens,
non absens, facit
unione Sacramentalem.

guinem, sacramentali præsentia & efficacia, quasi manibus suis porrigit nobis cum pane mandendum, & cum vino bibendum. Quemadmodum autem anima nostra nos vegetat, & conseruat, sed adminiculo cibi & potus, sic animam nostram viuificat, & nutrit filius Dei suo verbo, & corporis etiam atq; sanguinis efficacissima energia, qua nos Deo coniungit. Nec Deus nobis est propitius sine hominis Christi intercessione, Christi enim sanguis, est Dei sanguis, & hoc nomine efficacissimus ad delenda peccata, quod ipsum de corpore est intelligendum, vtrumq; enim energie ratione ad nos refertur. Itaq; absoluta ratio corporis & sanguinis non prodest quicquam. Et præterea in Euangelio Iohannis Christus euidentissimè carnem suam, relate & per energiam definit, inquiens: Panis, quem ego dabo, caro mea est, quam ego dabo pro mundi vita. Capernaïtici auditores omnia hæc de absoluto corpore, & sanguine intelligebant, Christus autem sua verba non sic accipienda docet, sed quatenus sit in his rebus efficacia spiritus, & vitæ, quæ nihil aliud sunt quam perfecta obedientia & satisfactio, quam præstitit humanitate sua assumpta Filius Dei, destruens regnum Satanæ, & quam ipse sua præsentia personali præsentem sacramentaliter nobis exhibet cum pane & vino. Quod autem absoluti corporis præsentia, nobis nihil commodet, Christus ipse testis est, ascensus in cœlū, & corporaliter absfuturus, nihilominus energia saluifica præsentissimus. Per autem & propter humanitatem suam, versatur nobiscum Filius Dei, & quæ Christus est, atq; Emanuel item, quem nostram iustitiã interpretat Ieremias: Est em̄ Deus iustitia nostra

Cum pane & vino
 corpus & sanguis
 Christi porrigitur.

Ioh. 6.

Iere. 23.

& noster *mediator*, id est, mediator. Præterea est huius
 quoque per energiam sacramentalem corporis, & san-
 guinis Christi præsentie quædam *via* & veritas, quam
 Sacramento corporis & sanguinis adscribimus, quum
 Philosophus *via* vocabulum multifariam vsurpari
 scribat, & *via* quoque dici inter reliqua significata
 inquit, qua, quid quæque res per se sit, intelligatur. A
 Christo igitur qui præsens adest suæ cœnæ, pani &
 vino, conciliatur, & adiungitur energia hæc, ut iam
 non simpliciter sit panis, sed sacer panis illo accidere,
 penetras in animam, non tantum reficiens corpus. Hæc
 autem præsentia, non proficiscitur à fide nostra, sed à
 Christo præsentem personaliter, qui verbis suis, & qua-
 si consecrationi hanc dedit efficaciam, ut panis hic
 fiat etiam cibus animæ, non tantum corporis. Ver-
 bo siquidem Domini firmati sunt cœli. Eodem ex
 durissimis petris & saxis, eruperunt fontes aquarum:
 eodem præsentem ex amaris dulces sunt factæ, quid mi-
 ramur, si talem panem nobis in sacra cœna exhibeat, qui
 veri corporis ratione & efficacia participet qua nos
 Deo arctissimè coniungat, & ut Deus in nobis habitet
 efficit? Deus enim in ipso Christo plenissimè inhabi-
 tat, & per naturam humanam suam ipse in nobis per
 Sacramentum quodammodo corporaliter inhabitat.
 Præsentem autem illum quam hæc ratione nobis
 habere non possumus, corporis enim absoluta præsen-
 tia non potest quicquam. Alius ergo modus præsen-
 tiæ erit. At nisi *improvisus* ille sit, nullus esse poterit, qui
 actus omnis, aut sit absolutus: & primus, aut secundus,
 & *improvisus*, quare hæc quiescendum nobis. ne implicemur
 contradictione. Minimè autem absurdum est,
 præsentem

Christus nobis suo
 corpore in cœna
 præsentissimus est.

præsentiam *ἡμετέρας*, absolute rei vocabulo exprimi, & quum *ἡχρισίαν* rem significatam, ipsum corpus Christi, & ipsum sanguinem appellamus, quum aliàs etiam Deum, qui *ἡεὐαγγέλιον* affuit (quamuis essentialiter nunquam absit, aut absolute) nobis illum *ἀντὶ* affuisse dicamus, & interdum, qui consilio, & opibus iuvat, hunc simpliciter quoq; affuisse pronunciemus. *Ἐνεργητικῶς* vero corporis Christi præsentia, qualis sit, ex supradictis est perspicuum, qualis cum pane, & vino à nobis percipitur, & vt hæc, corpore, sic significata res anima percipitur. Et vt Sol *ἡεὐαγγέλιον* est in speculo, & cum speculo quodammodo loco mouetur, sic cum pane & vino corporaliter sumptis, spiritualiter: sed tamen realiter, id est, reali *ἡεὐαγγέλιον* accipimus etiam corpus & sanguinem Christi, energia hac coniuncta (respectu sumentium) aut cum gratia, aut cum iudicio Dei. Quam obrem hortatur nos Paulus etiam, vt ne comedamus temerè de pane illo, aut de poculo illo bibamus, nisi enim efficacia spiritalis corporis inesset: nullum sumentibus indignè crearetur periculum. Quamquam per se carnem Christi saluificam duntaxat esse sentimus. Non enim venit in hunc mundum Christus, vt damnaret, sed vt omnes saluos faceret, nihil ominus per accidens causa est iudicij sumentibus eam indignè, cum alioqui etiam Christus lapis offensionis dicatur, vt in quo offendunt ignorantes, vt qui etiam cadens super impoenitètes et improbos iudicio suo cōfringat, & comminuat eos, quum iudicium etiam datum sit Christo, eò quod filius sit hominis. Quo concludendū est, non tantum pios, sed etiam impios corpus Christi sumere: si *ἡεὐαγγέλιον* seruare, & verbis Apostoli Pauli credere velimus.

Præsentia *ἡεὐαγγέλιον* absolute rei vocabulo quomodo expressa.

Quomodo cum pane accipitur corpus Christi.

1. Cor. 10.

Quomodo impij etiam corpus Christi sumant ad iudicium.

Luc. 2.
Mat. 23.
Luc. 20.
Ioh. 5.
1. Cor. 10.

Tum

Artolatria Papillarum in inclusione, circumgestatione, avioratione Sacramentalis panis.

Tum demum autem in pane, tanquam subiecto, corpus Christi sacramentaliter est, quando comeditur, quum pertineat hoc ad definitionem corporis ipsius sacramentalis, scilicet ut sumatur & comedatur. Non enim dixit Christus in institutione, includite, circumferte, sed dixit, sumite, comedite, postea relictis qua subijciuntur, quæ ad usum ipsius sacramentalis pertinet, quum ipsum Sacramentum etiam sit actio & usque quædam, & non otiosa quædam res, ut nonnulli perperam ei affingunt absolutam rationem quandam solas. Sumere, comedere, energia est, corpus quod pro vobis traditur, non absolutum, sed energiam absoluti declarat. Nam de pane non prædicatur corpus per se & absolute (ut somniant quidam) sed per accidens, nempe ratione τὸ προσκείμενον prædicati, quo significatur energia saluifica corporis Christi, non autem absoluti corporis localis quædam præsentia, qua corpus ipsius in coelo iam est, & prius erat in terra. Sed de duplici modo præsentia supra dictum. Præsentiam porro humanitatis personalem, item corporis hanc sacramentalem, vnione personali & modo maiestatis nostri Theologi exprimunt: Nos huic disputationi Philosophiam adhibentes, videmur fortassis aliter loqui, num autem vera & consentanea scribamus, aliorum de nobis esto iudicium, sed simplex & candidum, non studio contentionis & cõtumatiæ flagrans. Non autem nihil refert, cuiusmodi sint argumenta, quibus probatur aliquid aut improbatur, sint ne δίκαιοι λόγοι, an ἀλόγοι. Inprimis autem Philosophicum est τὸ δίκαιοι λόγοι, id est, vernaculis rationib. demonstrare ἁπλοῦς πρῶτα, δὲ ὡς οὐ μόνον τὸ πὶ φανερόν, ἀλλὰ καὶ τὸ διὰ τῆς φιλοσοφίας γὰρ τὸ τοιοῦτον

ἡ δὲ πρὸς τὸν ἑαυτοῦ μὴ μεθόδου, id est, ex quibus non tantum ipsum
 QUID, sed etiā propter quid, est manifestū. Philosophicum enim illud est, in qualibet methodo.

Sed de methodo tractandi res controuersas satis dictum. Cæterum ἐνεργητικὴ præsentia hæc (quæ coniuncta est cū præsentia personali totius Christi, de qua paulo antè dixim⁹, cui in rerū natura nihil est simile) res est quædā & pars Sacramēti, vt energia caloris & luminis, ἀπερὶς implet, & sonus in aëre, quædā energia est informās ἀεὶ, sic energia corporis, spiritali modo inest panī, propter instituentis efficaciam, quam rebus sensilibus sacramentaliter adstrinxit Christus. Huiusmodi verò energia vna numero est, propter id à quo promanat, quod ipsum quoq; vnum numero existit. Etenim accidens, per se non est vnum numero, cum per se non sit ἰδίον, sed quia est vnius ad numerum, idcirco ipsum quoq; vnū numero accidens esse dicitur.

Quomodo corpus Christi in coena a multis participari possit.

Modus igitur declarandus, quo participari idē numero corpus Christi à multis possit. Primum constat corporis non posse esse nisi duas rationes, vnā absolutam, qua dicitur ἁπλοῦς ὅσῳ quædam, & ἰδίον, Alteram accidentalem, quam nos appellamus ἐνεργητικὴν, seu ἡγεῖται. Omne enim quod EST, aut substantia dicitur, aut accidens. Ratione substantiæ, quæq; res ἁπλοῦς vna est. Nam ἰδίον omne, & numero est vnum, & participari nequit. Multifariam voculam ὅσῳ usurpari, iam ante est dictum, sed primò & principaliter substantia dicitur ipsum numero vnū, & ἰδίον, quæ extra ipsum sunt, in ipso tamen sunt, & ei accidunt, eorum respectu quæ se ipsis, & ὅσῳ ἰδίον dicuntur, non dicuntur ἐπὶ ἰδίον, sed aliquid in aliquo, vt albus homo, οὗτος ἐστὶν ὅσῳ ἰδίον, sed aliquid in aliquo significat, & caro quæ datur pro

mundi vita, itidem significat aliquid in aliquo, & non simpliciter carnem. Homo autem seu corpus *πῶστι* est. & vna numero *ἑστία*, neque est in aliquo, neque prædicatur de aliquo, quicquid præterea est, quorum causa homo hic singularis esse aliquid dicitur, id omne aut inest homini, aut prædicatur de homine, aut inest, & prædicatur, de quibus apud Logicos differitur. Cæterum quæ insunt, aut propria *πάθει* sunt eius in quo insunt, aut *συμπερικύπτει*, aut *καταλαμβάνεται* prædicantur, vt quæ prædicantur in quid *νοήματα καθόλου* de homine, quæ non sunt per se tertio modo aliquid, sed *λεξιῶν* rebus singularibus accidunt, & ab Aristotele in prædicamento substantiæ dicuntur *ὑπὸ τῶν ποιητικῶν*. Plato censuit singulares *ἑστίας* subsistere *μετὰ* quadam separatarâ idearum, quæ errorem multis argumētis refellit Aristoteles in *Meta*physicis, demonstrans, *ἑστίας* non esse *μετακτῶν* quiddam, siquidem *μετακτῶν*, aliud quiddam est, quam *μετέχον*. At quod aliquid simpliciter esse dicitur, seipso est, et ipsissimū est, & nō eo quod aliquo modo nō sit, esse dicitur. Sed *ἀκριβοῦς* de his disputare, non est presentis instituti, ad primam enim Philosophiam hæc pertinent: quæ attigisse, & quasi delibasse modo satis est. Itaque *μὴδὲν* relatio quædam est inter *μετέχον*, & *μετακτῶν*. Quod si *ἑστία* ipsa esset participatum participantis, ipsum sese participaret aliquid, vt si anima ipsa sit *ἑστία* corporis, aut forma, materię, corpus utique ipsa anima esset, & materia, ipsa forma. Sed neque materia, est ipsa forma, nec alterutrum, ipsum compositum, sed sunt tres quædam *ἑστίας*, duæ nimirum simplices, & *ἀρχαί*, tertia autem composita, & ipsum *πῶστι*. Reliquum est vt si participetur *ἑστία*, *καταλαμβάνεται* dicatur participari, vt forma à materia, propter infor-

Metaph. lib. 1.

informationem, & Sol ab oculis, propter energiam naturalem splendoris, & corpus item Christi in Sacramento, propter spiritalem energiam, quam habet ab omnipotentia Christi personaliter toto ubique praesente. Quod ratione energiae participemus corpore, & sanguine Christi, Paulus his indicat verbis: Panis quem frangimus, nonne communicatio corporis Christi est? At *μὲν* nulla est absoluti corporis. Per accidens igitur communicabile & *μετακτῆσι* erit. Eo loco fugiendam carnem idolis immolatam, docet, non quod absolute incommodet, sed propter respectum, & energiam, quia videlicet Idolis sit immolata caro, & non quod Idolis sit immolata etiam, (quae cum sint nihil non possunt incommodare) sed propter aliorum iudicium, & propter conscientiam. At non sic corpus Christi, cum non sit nihil, ut Idolum, sed exhibitum in Sacramento, per se commodare, vel non commodare possit, pie vel impiè sumentibus. Aliud ergo est simpliciter caro, & aliud Idolis immolata caro. Item discrepant, simpliciter corpus Christi, & pro nobis in cruce oblatum corpus Christi. Caro simpliciter, ad salutem nemini prodest, quae data est pro mundi vita caro, prodest omnibus credentibus, prodest omnibus digne eam sumentibus. Nam talis caro, verè est cibus, & talis sanguis, verè est potus. Verba haec significant energiam humanitatis Christi, sunt enim spiritus & vita, cum alioqui absoluta caro, & sanguis, non viuificent, sed viuificentur ab anima. Et res mira, quod caro, & sanguis Christi viuificent animas nostras, non satiant corpus, qui cibus ex anima redundabit, in corpora nostra etiam per animam resurrectione in nouissimo, sed propter unionem

Corpus Christi per spirituale inest participabile.

1. Cor. 10.

Quomodo caro Christi sit viuifica.

personalem, non tantum viua est: sed etiam viuifica caro. Quæritur deinceps, quomodo cum pane, & vino, participemus corpore, & sanguine Christi sacramentaliter, & realiter (vt sic loquar) præsentibus? An singuli parte aliqua, an verò totis his participemus, & *is* dem numero corpus ne sit: an verò numero sint discretia, & loco? Item, quomodo hæc corporis Christi spiritualis energia, & efficacia possit inesse pani, quum non sit corporea quædam qualitas, aut energia? De transubstantiatione nihil dicam, quæ tam multa absurda habet, & impossibilia, vt hoc loco breuiter non possint explicari.

Paulo antè est demonstratum, quatenus sit absolutum, & *ἰσότιμον*, in cælo esse corpus, nec posse simul in multis esse locis localiter, quoad autem sit sacramentaliter relatum, & *ἕνεργητικόν*, participari à multis totum, cuius rei similitudines, (quamuis non vndiquaque respondentes) quædam existunt, in energia luminis, coloris, & vocis. Res hoc modo sensibiles, suis energijs in sensus multorum incurrunt, vt tota *τῷ ὁρατῷ* species (nam præsertim *τῷ ὁρατῷ* ratione, quod dicimus potest adumbrari.) nempe tota figura, tota magnitudo, totus numerus, item motus, & quies, ab omnibus, & à singulis percipiuntur, non autem vt singuli singulas participant partes diuidue, eo modo, quo sunt in subiecto *ἰνὸν*, quum videlicet eadem numero species, & accidentia sint etiã *ἢ διαφανῶν* medio quodammodo *ἰνὸν*, *καὶ ἀδιαιρέτων*. Per hanc energiam, vnum & idem numero aspectabile corpus in multorum oculis esse dicitur. Quin etiam ipsius visibilis energia, quæ se diffundit *ἢ διαφανῶν*, vna est ad numerum, & hæc ipsa, tota est in toto spacio

An singuli toto, aut parte corporis.

spacio, & in qualibet parte *διὰ τὴν ὅλην* tota, quum singu-
 li videntes omnia prius dicta accidentia, tota videant,
 & nō singuli partē aliquā. Et hic est mod⁹ vnus, quo vnū
 nū numero existēs, participari potest à multis, siquidē
 corpus sit aut corporeum quiddam. Alioquin incorpo-
 rea *ἄσπαστα*, vt anima, vt Angelus, vt Deus, non ener-
 giæ suæ causa, sed essentiæ ratione, quicquid sunt, &
 vbiq; sunt, & totum aliquid sunt. In quacuncq; enim
 parte corporis anima est, ibi tota est, & Deus in toto,
 & vbiq;, atq; in singulis totus est ratione essentiæ, non
 autem eius vna, & eadem in omnibus energiæ species
 est: quanquā in solo Christo, cum virtutis energiæ, per-
 fectissima diuinitatis etiā essentiā plenissimè inhabi-
 tat: propter vnionem, vt diximus, personalem, à qua
 proficiscitur etiam vis hæc, & efficacia corporis & san-
 guinis sacramentalis, quæ nobis cum pane, & vino ex-
 hibetur. Sed vnum numero corpus Christi, quum per-
 cipiatur sacramentaliter, à multis communicantibus
 numero, qui fieri poterit, quo minus non sit multa nu-
 mero corpus etiam, quod in subiectis numero discre-
 pantibus inest: Nā energiæ ratione, participari à mul-
 tis vnū, paulò antè est dictum. Ergo quod participa-
 tur, vnū est numero, quo participatur est energia hæc,
 non ratione quantitatis, sed diuidua ratione patienti-
 um: seu recipientium subiectorū. Hæc energia vna est
ἡ αὐτὴ (tanquam enim *ἡ αὐτὴ* quoddam materiæ experi-
 est) eademq; patientiū subiectorum gratia, dicitur nu-
 mero multiplex. Vt *πῶς* formæ visibilis, non vt est
 in meo oculo, ita quoq; in tuo est, idem numero exis-
 stēs, & tot numero *πῶς* semper sunt: quot *ἡ ἑκάστη* subie-
 cta, quamuis idem nihilominus numero sit, quod vide-
 tur *τὸ ἑκάστη*, nō tamē quoad in oculis *πῶς* quoddam est,

numero vnum multorum *πᾶσι* erit. Cæterum τὸ ὄρατῆρ, id est, visibile, cum sit *ὑποκείμενον*, id est, subiectum & hoc aliquid, καὶ τίς ἐστι quiddam, ipsum in nullo est subiecto, sed ὕψος ipsius: quo est, & dicitur *αἰσθητῆρ*, id est, sensibile, sine materia enim, seu subiecto, à quo proficiscitur τὸ ὕψος, oculos videntium informat. Nam τὸ ὄρατῆρ ἐνέργει idē, vnsibilis energia seu ὕψος, id est, species, præter oculum afficere nihil aliud potest & omnino, (vt Aristoteles inquit) τὸ δεικνὸν τῶν αἰσθητῶν ἐστὶν ἄνυ ὕλη, ὕδατος ἴσῃ. ἐν γὰρ ὁ αἶσθητῆρ ἐν τῇ ψυχῇ, ἀλλὰ τὸ ὕψος, id est. Quod in se recipit sensibilibium formarum species sine materia, sensus ipse est. Non enim lapis est in anima, sed species lapidis.

Omnes ergo idem numero corpus Christi participamus, vt eundem numero solem omnes videmus, quoniā ἐνέργει (ratione cuius participatur) est vna quidem, vt dictum est, τὸ ὕψος, propter subiectum autem à quo proficiscitur, quod ipsum numero vnum est, ipsa quoq; numero vna dicitur energia, quamuis multi numero sint, qui ipsa participant. iam ante est demonstratum, quod ratione absolutæ ὁσίως participari nihil possit, vt quæ penitus sit ἀμίθικτῆρ quiddam, quare nec corporis Christi essentia absolute participari potest, corpus enim non corporaliter, seu naturaliter absolute in *ὑλικῆ* exhibetur, vt aliàs est dictum,

In pane autē non eodem modo est corporis spiritualis energia, quo participatur à sumētibus. Nā vt luminis aut speculo, efficaciter tñ nō est in ipsis, sed efficaciter induntaxat est in visu. Nā in solo visu lumen, & colores insunt efficaciter, in τῇ διαφανεί, id est, pellucido, aut speculo insunt, vt sine quib; efficacia hæc primi actus esse

Alio modo corpus Christi in pane, alio modo in sumentibus est.

nequeat, sed in subiectis participantibus insunt efficacia-
 citer. Visionis. n. energoa, finis est energoæ luminis, &
 colorum, quæ est, vt Aristoteles inquit, *ἐπίστασις*, id est,
 perfectio, & non *ἀλλοιωσις*, id est, alteratio quædam visus,
 Ita corpus Christi verè est *τελευτη*, id est, initiatio sumens
 tibus ipsum, *ἵτι τὰ κακὰ τῶν ἐπι ἀπολύσει ἡμῶν*, id est, quoniã
 Initia hæc à malis huius seculi nos liberant, vt platonis
 cè loquar. Efficacia porro sacramentalis est, conferre
 gratiam, vel augere, vel confirmare fidem, quæ est in
 nobis, de qua sanè nulla est controuersia in disputatio-
 ne de Sacramentis.

Diximus, vt opinor, hætenus omnia, quibus possit Epitologus.
 sine contradictione intelligi modus præsentiaæ corpo-
 ris Christi in Sacramento *ὑπαρξίας*, quod ipsum, si alio
 modo dicamus præsens esse, aut si nullo modo adesse,
 multis absurdis ambo modi refellentur. In has absur-
 ditates incurrit opinio illorū, qui corpus Christi cor-
 poraliter, hoc est, localiter & absolute dicunt posse si-
 mul, atq; actu in multis esse locis. Item opinio illorum,
 qui corpus Christi nusquã esse dicunt, vbi non sit cor-
 poraliter, sed in cælo esse duntaxat corporaliter, & il-
 lud ipsum in Sacramento quoque præsens esse hac ra-
 tione duntaxat quatenus scilicet in supernum locum,
 vbi corpus illud est, oculos fidei dirigamus.

Faciat Dominus noster IESVS Christus omnipotens Votum & precatio
Authoris.
 Dei filius, quem ratione humanitatis suæ confes-
 disse ad dextram virtutis Dei credimus, & piè confite-
 mur, vt misertus nostri, scandalum hoc discordiæ è sa-
 cratissima ipsius cœna tollatur, ne sit scilicet amplius
ἰσοστασίς: sed veræ *συνάξεως* Sacramentum, & perfectæ
 charitatis symbolum, quo nos inter nos, & tecum Do-
 mine

mine IESU, contungamur, & ne dissidio illo rei fiamus
 sacratissimi corporis & sanguinis tui: quibus in ara
 crucis factus es victima pro nobis, cuius oblationis
 etiam perpetuam memoriam, & gratitudinem, durare
 in Ecclesia tua voluisti, vsq; ad apparitionē illam beas-
 tam, qua corporaliter conspicuus pijs, & impijs, vnum-
 quenq; iudicabis iusto iudicio tuo, cui omnia erunt
 subiecta in futuro seculo in æternum, Amen.

Errata.

Fol. 6. lin. 18. pro ille, legendum, illo poss. fol. 12. lin. 28. Nihil e-
 tiam, rotum expungendum, vsque ad sequens, Nihil enim. Fol. 54.
 lin. 9. quale vnum, fol. 56. lin. vlt. A' op legendum.